

**Dissertatio chemica inauguralis medicamentorum antimonialium  
conspectum sistens ... / [Johannes Müller].**

**Contributors**

Müller, Johannes, 1758-1825.  
Kratzenstein, Christian Gottlieb, 1723-1795.  
Københavns universitet.

**Publication/Creation**

Havniae : Frid. Wilh. Thiele, [1787]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/a5n5p2f7>


**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



62906/13



The Library of the  
Wellcome Institute for  
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY  
OF LONDON

Accession Number

Press Mark

MÜLLER, J.



U4

DISSERTATIO CHEMICA  
INAUGURALIS  
MEDICAMENTORUM  
ANTIMONIALIUM  
CONSPECTUM



SISTENS,

QUAM

SOB PRAESIDIO

VIRI AMPLISSIMI ET EXPERIENTISSIMI

*CHRISTIANI AMADEI KRATZENSTEIN,*

MEDICINÆ ET PHYSICÆ EXPERIMENTALIS PROFESSORIS PUBLICI

ORDINARIJ, SOCIETATUM REGIÆ HAVNIENSIS ET

IMPERIALIS PETROPOLITANÆ MEMBRI,

PUBLICICE DEFENDET

AUCTOR

*JOHANNES MÜLLER*

CIMBRIA - DANUS.

D. II. JULII MDCCLXXXVII.

---

HAVNIÆ.

TYPIS FRID. WILH. THIELE




*Facultas medica Havniensis hoc  
Specimen inaugurale, quod arguit scientias  
medicas laudabiles Candidati, luce publica  
dignum censet; sed dat auctori soli defen-  
sionem ejusdem a sententia criticorum.*

C. F. Rottböl,

Facultatis h. t. Decanus.





# MEDICAMENTORUM ANTIMONIALIUM CONSPECTUS.

## PROOEMIUM.

**P**ro materia dissertationis inauguralis sumpsi mihi  
medicamenta  $\zeta$ ialia s. stibiata, sub conspectu  
chemico-medico ita ponenda & consideranda, ut clas-  
sificentur secundum partes constitutivas, prout nem-  
pe vel utrumque principium, regulus atque sulphur,  
in solita porportione, vel regulus solus adest, vel iste  
sulphurve prævalet, vel neutrum revera datur, ut-  
que jugiter efficaciarum eorundem in corpore humano ha-  
beatur ratio. Hôc labore id in votis habui, ut mi-  
himet ipsi eo magis cognitam atque perspectam red-  
derem præcipuam illam Materiæ medicæ hodiernæ  
partem, junioribus artis cultoribus simul aliquam ex-  
inde nascituram utilitatem sperans. Apparebit enim,  
immensam illam  $\zeta$ ialium farraginem, quoad essentia-



lia & virtutes medicas, ad paucissima præparata posse redigi; innumeros illos Regulos, Calces, Infusiones, Tincturas &c. nihil fere esse, nisi variationes arbitrarías; multa denique, quæ nostro ævo pro inventis plane novis venditantur, cramben esse bis coctam. Optarem quidem, ut & spatium & tempus mihi esset, historiam huius ab antiquissimis inde temporibus enucleate exponendi. At sane hæc sola limites dissertationis inauguralis excederet, nec in lectores ulla alia inde redundarent emolumenta, quam ut viderent, Dioscoridis æque ac Plinii & Galeni temporibus hocce medicamen in usu fuisse, multasque, interdum ridiculas, tam de partibus ejusdem constitutivis, quam de modo præparandi, apud antiquos, ut & recentiorum nonnullos existisse opiniones. Paucis rem exemplis illustrare liceat. Aliqui, idque Plinii seculo, duo ejus genera statuerunt, marem nempe & foeminam. Alii gummi pinisita farina circumlutum torruerunt, & deinde mulieris lacte extinctum in usum asservarunt. Alii iterum huic mineræ omnium fere metallorum, ut auri, argenti, mercurii, æris, principia viresque medicatas inesse putarunt. Alii de terra quadam mercuriali tanquam principio huius constitutivo somniarunt. Sed incerta, dubia, fabulosa mittam, quæque ex faniore chemia de huius principiis & virtutibus nostro magis enubilato ævo innotuerint breviter proponam, quo magis dein elucescat, quænam falsa, quænam vera sint, cum de multivariis hujus medicamenti præparationibus agendum erit. Compendium autem laboris



ris haud exiguum mihi pariet, & clariorem, ut spero, lucem ipsi conspectui adfunder prævia consideratio nonnullorum theorematum, tam analyticis quam syntheticis experimentis & observationibus medico-practicis superstructorum, quæ igitur præmittere fas sit.

## T H E O R E M A T A C H E M I C O - M E D I C A.

### a. *Analytica.*

#### I.

*Antimonium* in statu suo naturali, quod *crudum* vocant, consideratum, constat ex metallo quodam singulari, *Regulo antimonii dicto*, & *Sulphure communi*. Hoc  $\xi$ ium crudum modica dosi propinatum drasticas vires in corpore humano exferit.

#### II.

*Regulus  $\xi$ ii* solus, ex *terra metallica specifica* & *phlogisto* combinatus, semper in corpore nostro, dummodo in non nimis minuta quantitate propinetur, aque ventriculi humoribus solvatur, vomitum ciet.

#### III.

*Regulus  $\xi$ ii*, calcinatione libera maximam partem suo phlogisto privatus, in pulverem cinereum mutatus, deinde in Vitrum conuersus, utraque sub conditione valentiores effectus, non raro drasticos,



in corpore humano producit, quam immutatus ille regulus (II.)

## IV.

Pulvis iste cinereus (III.) quem *Calcem*  $\text{gii}$  dicunt, vel etiam ex eo confectum *Vitrum*  $\text{gii}$ , acidis, imprimis muriatico, soluta, ut statum salinum ineant, qualem e. gr. in Butyro  $\text{gii}$  cernimus, in summo efficaciam drasticam exercet gradu.

## V.

*Regulus* denique  $\text{gii}$ , omni suo phlogisto orbatus; sistit *terram* illam *specificam*  $\text{gialem}$  (II.) albidam & sub nomine *Antimonii diaphoretici abluti* notam, de cujus efficacia inter medicos disputatur. A modo tamen, quo præparatum est, magnopere pendet sensibilis vel dubia ejus virtus.

b. *Synthetica.*

## VI.

Hæc autem *terra*  $\text{gialis}$  sub nova cum tantillo phlogisti copula, ut calx  $\text{gii}$  cinerea, vires acquirit drásticas.

## VII.

*Calx*  $\text{gii}$  parum phlogisticata, acido nupta, qualem e. gr. sistit Tartarus emeticus, efficaciore vi drastica prædita est.

## VIII.



## VIII.

*Terra gialis*, majori phlogisti copiae juncta, eoque quasi saturata, & ope ignis in statum metallicum reducta, in quo *Regulus gii* audit, difficilius in corpore humano solvitur, adeoque minus efficax, quam antea, dum phlogisto pro parte erat destituta.

## IX.

*Regulus gii* denique cum sulphure in eadem portione, quam novimus adesse in antimonio crudo, per fusionem combinatus, exhibet productum, gio crudo simile, quod *Antimonium regeneratum* vocant, in quo vires drasticae terrae specificae antimonialis phlogisticatae, ob intimam cum sulphure copulam quam maxime limitatae sunt.

Ex his rite consideratis facile apparet, quid virtutis expectandum sit a quolibet giali preparato, in stupenda illa farragine, ad quam perlustrandam nos jam accingimus, occurrente. Quippe in singulis, quatenus gium ipsis inest, ratione habita proportionis tam sulphuris, quam phlogisti, ad terram specificam gialem, facile computari poterit efficacia. Hunc in finem itaque medicamentorum gialium conspectum, qualem convenientissimum judicavimus, doctiorum examini subjicimus.



## CONSPECTUS GENERALIS.

Omnia  $\S$ ialia chemice considerata in quatuor classes dispesci possunt, quarum

Ima ANTIMONIA ipsa,

II da REGVLINA,

IIIa REGVLINO-SVLPHVREA,

IVta PSEVDOSTIBIATA fittit.

Placeat lectori cum hâcce classificatione comparare illam, quam Cl. *Saunders* in elegantissimo suo opusculo a) dedit, nec non illam, quam nuperrimus auctor, Cl. *Ebell* b) exhibuit. Prior nempe omnia ex  $\S$ io parata dividit in *regulos*, five *acido junctos*, five *non junctos*. At vero nimis contractam seu angustam esse hanc divisionem facile patet. Et primo quidem ipsum  $\S$  nativum a præparatis ex  $\S$ io removen- dum esse, inficias ibit nemo, qui perspicit, quantum simplex a præparato distet. Deinde binas illas classes varia pseuodstibiata, cum stibiatis ipsis nequaquam confundenda, ingredi necesse est. Ita quidem ipse auctor regulinis, nulli acido junctis, inferuit Tincturam  $\S$ ii tartarifatam. Ita quoque suo systemate co- actus hepar  $\S$ ii sejunxit a regulis cum sulphure com- bina-

a) *Observationes de Antimonio, ejusque usu in morbis curandis*, Londin. 1773.

b) *Diff. inaug. de Medicamentorum antimonialium differ- entia*, Göttingæ 1784.



binatis. Plura exempla afferre possem, si hōc loco singula extricare liceret.

Alterum auctorem quod attinet, sequentes ille condidit classes: 1. Regulos. 2. Calces. 3. Vitra. 4. Sulphurea. 5. Salina. 6. Spirituosa. In hoc systemate minus congruum mihi videtur, quod ex calcibus & vitris classes fecerit speciales quæ tamen tanquam ordines sub regulinis comprehenduntur. Simpliciter sulphurea dicit auctor. quæ ipse tamen ex regulo & sulphure composita esse agnoscit. Spirituosa in singularem redigit classem, quæ tamen vel ad salina vel ad pseudostibiata pertinent.

## CONSPECTVS SPECIALIS.

### CLASSIS PRIMA.

### ANTIMONIA.

ANTIMONIA hic dicimus illa præparata, in quibus regulus & sulphur adsunt in proportionē & forma. Naturæ, consentanea, sive ipsa mater, sive ars illa combinaverit. Sunt autem vel simplicia, vel composita, prout vel solum adest gium, vel alia ingredientia admixta sunt.



## A. ANTIMONIA SIMPLICIA.

I. ANTIMONIVM CRVDVM OFFICINALE, Græcis forte  $\sigma\iota\mu\mu\iota$ ,  $\sigma\iota\beta\iota$ , Latinis *Stibium*, alias *Plathyophthalmon*, *Larbason* &c. dictum, a peregrinis lapideis, terrenis & aliis inquinamentis, quæ ipsi adhærere solent, separatum, est minera singularis cujusdam semimetalli, ponderosa, splendens, striata, friabilis, nigricans, saporis & odoris expers, in qua semimetallum seu regulus æquali circiter sulphuris communis portione est mineralisatum *c*). Ipsum semimetallum se ab aliis figura sua chrySTALLINA, stellam radiatam exhibens, distinguit, ejusque gravitas specifica ad g. f. aquæ est ut 8 ad 1000. Gravitas specifica antimonii crudi plerumque ad aquæ g. f. ut 4700 ad 1000 *d*), quæ ratio tamen pro variis fodinis, e quibus obtinetur  $\zeta$ ium, quin & pro ejusdem coni partibus *e*) differt.

Impu-

- c*) Sulphur  $\zeta$ ii a vulgari nullo modo esse diversum probarunt *Boerhave*, *F. Hoffmann*, *Meuder* & alii. Sulphuris vero & reguli mutua proportio diversa ab auctoribus statuitur. Hic autem dissensus oritur tam a difficultate rationem harum partium accurate indagandi, quam a varia proportione quæ reapse in  $\zeta$ io invenitur e diversis petito fodinis. Ita  $\zeta$ ium e Gallia & Britannia allatum regulum & sulphur fere æquali proportione mixta continet. In Hungarico autem ratio sulphuris ad regulum reperitur ut 1 ad 3 vel 4.
- d*) *Muschenbroekii* introductio ad philosophiam naturalem, p. 537.
- e*) Apex nempe basi ponderosior est & reguli ditior.



Impura enim minera fusione in formam conicam a peregrinis adhærentibus liberatur. Purior autem fusioni non subjicitur.

2. *ANTIMONIVM CRVDVM PRÆPARATVM*, five *Alcohol gñii*, est  $\varphi$ ium crudum subtilissime pulverifaturn & super porphyrite tamdiu lævigatum, donec vel minimæ particulæ splendentes disparuerint, quo factom multa aqua abluitur & ficcatur in usum asservatur. Antimonium ita præparatum propter subtilitatem particularum suarum ab acido in primis viis facilius solvitur.

3. *ANTIMONIVM REGENERATVM*. Hujus præparationem in theoremate IX indicavimus. Non modo experimenti causâ instituitur ista synthesis, verum etiam frequentius in usum medicum adhiberi deberet; ita enim purissimum medicis practicis subministraretur  $\varphi$ ium præparatum.

## B. ANTIMONIA COMPOSITA.

4. *AETHIOPS ANTIMONIALIS*. Antimonium crudum & sal commune æ. p. mixta funduntur per horam; frigefacta massa in fundo crucibuli invenitur quidam regulus, (sed minus proprie sic dictus, qui maximam partem  $\varphi$ ium crudum sit), qui diligenter a scoriis separatus teratur cum æ. p. mercurii vivi usque dum globuli mercuriales penitus extincti fuerint f).

A 5

Juxta

f) *New Dispensatory* p. 545.



Juxta Pharmacopoeam Danicam ℥ii crudi purissimi unc. i. teritur cum mercurii vivi unc. β. Ab hac formula recedit Pharmacopoea Svecica g) addendo scilicet florum sulphuris dr. β h). Dantur & aliæ ingredientium proportiones, sed his supersedeo, quum practicis tutius & rectius sibi ipsis formulam componere expediat, quo de quantitate mercurii certiores fiant.

5. MORSVLI ANTIMONIALES, vulgo *restaurantes Kunkelii i)*. Amygdalarum dulcium decorticatarum & minutim incisarum unc. i. ℥ii præparati unc. β. cinnamomi minutim concisi dr. ii. sacchari albissimi ad consistentiam tabulati cocti dr. vii misceantur, fiant inde morfuli xvi æquales. Præstat tamen recentem aliquam miscelam, quam istos facile rancescentes morfulos exhibere.

*Morfulos ℥iales Pharmacop. Brandenb. & Klei-viii, Pilulas ℥iales ejusdem, Pilulas de Vinqued, Decoctum antivener. Zwelferi & Kleinii, sudoriferum Richardi de Hautefierk, Bolum psoricum ejusdem & multa*

g) In editione priori A. 1775. Sed in altera præscribitur hydragyri p. iii, cum Kermes mineralis p. ii. trituratio.

h) Gum hoc convenit *Aethiops ℥ialis Huxhami*. Rec. ℥ii puriff. subtiliss. pulver. p. iii. mercur. viv. puriff. p. iv. flor. sulphur. p. ii. M.

i) *Laborat. chem. P. III. c. 32.*



multa alia tam officinalia quam magistralia, diversimode composita, quorum infinitum fere numerum cumulare possem, omittere præstat.

## CLASSIS SECUNDA.

### REGULINA.

*Regulina* *gialia* mihi sunt illa, in quibus nulla alia Stibii pars adest, præter regulum, quantumvis forma diversum. Quotquot enim plus minusve sulphuris in sinu suo foveant, ad *regulino-sulphurea* jure meritoque referuntur. Sub triplici autem forma habentur hæc *regulina* strictissime sic dicta, *metalli* nimirum, *calcis* & *salis*.

#### A. REGULI *ipsi* five *regulina metallica*.

Regulina metallica quid sint ex dictis patet: Scilicet pars *gii* metallica a sulphure quidem separata, sed suo phlogisto, ejusque beneficio metalli dotibus, quotquot ipsi comperunt, gaudens. Est vero regulus vel *simplex*, nihil alieni metalli continens, vel *compositus*, Martis, Jovis &c. majori minorive copiae junctus.

Ad sulphur ab *gio* crudo separandum complures viæ sunt excogitatae, adjectis nempe vel certis salibus,  
qualia



qualia sunt alkali fixum quodcunque, aut quædam salia media; vel adjectis metallis, e. g. bismutho *k*) argento, stanno, cupro & imprimis ferro, quippe quæ majorem affinitatem cum sulphure habeant, quam regulus ipse. Potest etiam regulus obtineri reductione variarum calicum, ut croci metallorum, mercurii vitæ, vitri  $\text{gii}$ , nec non  $\text{gii}$  per se calcinati, addito nempe corpore phlogisti divite, e. gr. resina, sapone nigro aliove pingui cum pulvere carbonum mixto. Qui ex tali reductione producuntur reguli, simplicibus, utpote ab omni alieno metallo immunes, annu-merantur.

#### α. REGULI ANTIMONII SIMPLICES.

REGULUS ANTIMONII SIMPLEX quid sit ex præcedentibus elucescit. Modus autem illum parandi duplex est. Antiquior *l*) & nostro ævo obsolescens methodus ea est, qua  $\text{gio}$  crudo sal adjicitur, ad sulphur abstrahendum inque hepatis speciem convertendum idoneum, quale est vel nitrum vel tartarus crudus, vel amborum miscela. His nonnulli addiderunt pulverem carbonum. Selectus & proportio variant. Anaticas nitri, tartari &  $\text{gii}$  crudi partes sumpserunt veteres.

*k*) Si ad detrahendum sulphur bismutho usus fueris, regulus  $\text{gii}$  purus obtineri dicitur, quia hic cum omnibus metallis, Bismutho excepto, copulam init.

*l*) Regulum simplicem salis ope eductum *Vegetabilem* perperam dixerunt antiquiores.



veteres. Pharmacopoea Danica ad ℥ii crudi unc. xxiv nitri præscribit unc. xvi & tartari unc. xviii. Alii usi sunt tartari p. ii ad ℥ii p. i. Alii iterum alia proportionem usi sunt. Ea procul dubio erit optima & feligenda, quæ maximam reguli puri largitur copiam. Præstantior methodus, ab ævo Kunkelii cognita, alteri, utpote ipsius reguli partem consumenti & magis sumptuosæ huc immerito præferenda, consistit in calcis antimonialis simplici calcinatione paratæ reductione. Quem Zwelferus proposuit, modus, solius pulveris carbonum ope ex ℥io crudo educendi regulum, irritum sistit laborem rationali chemiæ plane non congruum.

### β. REGULI ANTIMONII COMPOSITI.

Horum characterem jam dedimus. Occurrunt autem species ejusdem sequentes:

1. REGULUS ANTIMONII MARTIALIS paratur ex ferri lb. 1. ℥ii crudi lb. ii. alkali vel nitri unciis iv. β fusis. Si proportio ℥ii ad ferrum sit uti 3 ad 1, regulus pauciores adtrahit particulas martiales, minori repurgatione indiget & indole ad regulum ℥ii simplicem proxime accedit.

2. REGULUS ANTIMONII JOVIALIS constat ex p. ii, reguli ℥ii simplicis & p. i. stanni, simul fusis.

3. REGU-



3. **REGULUS METALLORUM.** Reguli ℥ii martialis p. ii. cupri, stanni, singulorum p. i. simul fundantur.

4. **ELECTRUM ANTIMONII MINUS** *ex ℥ii crudo*, obtinetur ex ℥ii crudi p. vi. stanni, plumbi, ana p. iii. fufis addantur tartari crudi p. xii, nitri p. viii. Massam denuo committe igni, ut instar aquæ fluat, eamque in calicem fusorium effunde. Proportio tartari & nitri ad massam heic nimia est, cum tantum addantur ad fluxum promovendum. Stannum vero cum plumbo sulphuri absorbendo inservit.

5. **ELECTRUM** *ex regulo.* Regulus ℥ii martialis & stannum æquali pondere mixta funduntur. Hoc *Antikeitico Poterii* conficiendo inservit.

6. **ALIUD** *ex argento.* Reguli ℥ii martialis & argenti p. æ. funduntur.

7. **ELECTRUM ANTIMONII MAJUS.** ℥ii crudi, martis, ana lb. i. veneris, jovis, saturni, mercurii ana dr. ii. M. fundantur adjectis nitri unciis ii. In hoc præparato nihil mercurii remanet.

8. **ALIUD.** Reguli ℥ii martialis unc. iv. veneris dr. ii. jovis dr. iii. saturni unc. β. lunæ dr. i. solis dr. β. M. fundantur, adjiciantur nitri uncia ii.

9. **REGU-**



9. REGULUS ANTIMONII SOLARIS Basilii Valentinii, paratur ex auri p. i. &  $\text{gii}$  crudi p. iv. fufis. In hoc proceffu, qui interdum inftituitur ad aurum purificandum *m*), aliquid regulinæ partis  $\text{gii}$  cum auro conjungitur, reliquum  $\text{gii}$  fcoriæ inftar fupernatat & peregrina metalla, fi his aurum inquinatum fuerit, fulphure fuo folutum continet.

## B. CALCES REGULINÆ.

Sub *Calcis* nomine venit regulus, fuo phlogifto plus minus vel omnino orbatus, five hoc perficiatur vel folo igne, vel per additamenta, per fublimationem, detonationem, corrofionem, folutionem & præcipitationem. Sub triplici illa occurrit forma, *calcis* nempe *strictius* ita dicendæ, *vitrificatæ* & *salinæ*.

### $\alpha$ . CALCES STRICTE SIC DICTAE.

Calces regulinas ftrictiori fenfu dicimus, quæ nec vitri fpeciem præ fe ferunt nec falini quid admixtum habent. Differunt autem prout vel fimplices funt vel compositæ. In utrifque enarrandis ab illis, quæ maximam jacturam phlogifti fecerunt, ordiemur.

#### a. *Simplices.*

#### 1. ANTIMONIUM DIAPHORETICUM *n*) ABLUTUM, *Dia-*

*m*) GELLERT *Anfangsgr. der metallurg. Chemie* p. 421.

*n*) Epitheton diaphoreticum non competere Calci  $\text{gii}$  per  
deto.



*Diaphoreticum minerale, Calx ℥ii alba.* Formula illud præparandi antiquissima hæc est. Antimonii crudi p. i. & nitri p. iii. calcinantur & deinde aqua abluuntur. Fundamentum operationis eo nititur, quod pars acidi nitrosi cum sulphure ℥ii per detonationem in auras abigatur; alia acidi nitrosi pars cum phlogisto reguli detonat, adeo ut regulus totus in calcem dephlogisticatam mutetur, qui a nullo acido simplice solvitur, sed aqua regis. Hæc solutio diutius integra manet, quam illa reguli, quæ successive paululum terræ metallicæ deponit. Aqua diversarum decantationum quodammodo evaporata & in locum frigidum seposita, cryсталlos præbet prismaticas, in quibus nonnullæ hærent particulæ regulinæ. Chryсталli *nitrum antimoniatum* audiunt. Præter has quoque prodit *tartarus vitriolatus antimoniatum*, ab acido sulphuris, sub detonatione evoluto, & ab alkali nitri exortus. Ex nitro superstite patet non tanta portione ejus ad perfectam calcinationem opus esse, nisi adhibeatur ℥ium crudum, quod præ alio sulphuris majore copia gaudeat.

## 2. Pou-

detonationem rite calcinatæ & edulcoratæ putarunt medicorum nonnulli, hanc pro terra inerte habentes. At vero non adeo inertem esse hanc terram ex reductione ejus patet. Deinde an impossibile dixeris, in corpore humano phlogisti non secus ac acidi quid cum illa calce copulam inire, hincque eandem efficacem reddi? Sed quid opus est verbis, ubi ipsi Clinici (Perillustrem de Berger nominasse sufficiat, qui instar multorum est) testantur, diaphoreticum ablutum cum fructu jungi aliis medicaminibus.



2. **POUDRE DE LA CHEVALRIE** est  $\text{gium}$  diaphoreticum per repetitas fusiones cum nitro emendatum (ut crediderunt scilicet), & edulcoratum.

3. **DIAPHORETICUM REGULINUM**, *Cerussa*  $\text{gii}$ , *Cerussa*  $\text{gialis diaphoretica}$ , *Sulphur album philosophorum Knoeffelii* paratur ex p. i. reguli  $\text{gii}$  simplicis & p. iii. nitri, eodem modo quo  $\text{g}$  diaphoreticum, a quo etiam, si ablutum fuerit, nihil differt. Proportio nitri ad regulum quoque heic nimia est.

4. **BEZOARDICUM MINERALE** seu *antimoniale Crollii* obtinetur, si mercurii vitæ p. ii. cum nitri p. iii. calcinantur & massa dein edulcoratur. Alia, & magis usitata methodus *Bezoard. minerale* parandi hæc est: butyri  $\text{gii}$ , vel pulveris Algarothi p. i. miscetur cum acidi nitri p. ii; a miscela, retortæ injecta, abstrahitur acidum, (quod *Spiritus nitri bezoardicum* perperam vocarunt antiqui; est enim *aqua regia* impura) residuum calcinatum edulcoratur; In hoc processu affusum acidum nitri o) cum acido salis butyri  $\text{gii}$  efficit aquam regiam, quæ partem regulinam præcipue solvit; hinc, acido abstracto, residuum calcinatum & edulcoratum est mera calx  $\text{gii}$ ; in illo autem acidum nitrosum mercurii vitæ

- o) Acidum nitri non solum mercurium vitæ, cui, ut alibi demonstrabitur inest portiuncula acidi salis, verum & regulum  $\text{gii}$ , vel alias ejusdem calces, phlogisto gaudentes, in calcem meram mutare valet.



vitæ phlogiston destruit, relinquens cum calce dephlogisticata alkali, aqua abluendum. Est itaque *Bezoard. minerale*, modo licet diverso præparatum, mera calx  $\text{§ii}$  cum præcedenti conveniens.

5. PRAECIPITATUM ANTIMONII DIAPHORETICUM. Croci metallorum p. i. cum acidi nitri p. vi. per aliquot dies digeruntur, dein igne forti ad siccitatem abstrahitur acidum, pulvisque residuus aqua abluitur, qui nihil aliud est quam  $\text{§}$  diaphoreticum ablutum.

6. ANTIMONIUM DIAPHORETICUM FIXUM five *Flores §ii fixati*, five *Materia perlata* obtinetur, si massa salina  $\text{§ii}$  diaphoretici adhuc calida cum aqua coquitur, posteaque aceto aut alio quodam acido præcipitatur; edulcoratum est mera calx  $\text{§ii}$ .

7. PRAECIPITATUM ANTIMONII PURGANS five  $\text{§}$  *crudum fixatum*. Antim. crudum aqua regis solvitur, pars regulina soluta inde ope aquæ præcipitata calcinatur. Heic reg.  $\text{§ii}$  mediante aqua regia dephlogisticatur, adeoque cum  $\text{§io}$  diaphoretico convenit.

8. NIX DIAPHORETICA ANTIMONII p). Sulphuris  $\text{§ii}$  aurati p. i. acidi vitriolici concentrati p. ii. misceantur, in retorta digerantur & exinde liquor abstrahatur. Residuum bene ablutum præbet pulverem album, quo antiquiores externe tamquam cosmetico,



tico, interne autem tanquam diaphoretico usi fuerunt. Hæc nix a præcedenti præcipitato ꝯii diaphoretico in eo differt, quod acidum vitrioli semimetallum phlogisto suo non plane privaverit.

9. PANACEA SULPHURIS ANTIMONII VERI *Schroederi*. Sulphuris ꝯii & reguli ꝯii ana p. i. cum acidi vitriolici concentrati p. iii. per octo dies digerantur; liquore ad siccitatem abstracto, residuum edulcoratum nostram sistit panaceam. Hoc præparatum est calx regulina non plane dephlogisticata. Pars enim acidi vitrioli arripit phlogiston metalli, atque novum sulphur generat, cum sulphure ꝯii sublimatione abiens; reliquum acidum regulum in calcem corrodit, illum vero non plane phlogisto suo privat. Hinc virtutis est parum emeticæ, quæ tamen major, quam in Nive diaphoretica.

10. CALX sive CINIS ANTIMONII sive ꝯ *ustum colore cinereo*. Ex ꝯio crudo pulverisato patinæ figulinæ non vitreatæ imposito, leniori igne, sub perpetua agitatione sulphur cum magna parte regulini phlogisti in auras abigitur. Hæc calx vi emetica gaudet ob rationem in Theoremate III, adductam.

11. CALX ANTIMONII MAGICA. Sic vocatur calx ꝯii per Solis radios mediante speculo aut vitro caustico parata, præcedente paullo candidior.



12. FLORES ANTIMONII CRUDI per *detonationem* q). Antimonii crudi p. 1. cum triplo Nitri in retortam tubulatam candentem successive ingeritur, atque flores inde ascendentes in recipiente excipiuntur. Hi flores gaudent virtute emetica, quippe phlogisto non plane privati, cujus tamen proportio, ut in omnibus floribus quocunque demum modo paratis, incerta est, quare etiam, ut par est, raro vel nunquam in medicina adhibentur.

13. FLORES REGULI ANTIMONII five *Flores* ⚥ *argentei*. Hi sub fusione reguli ⚥ simplicis in tigillo superimposito perforato excipiuntur; virtute gaudent diaphoretica & secundum *Lemery* pro regulo destructo haberi possunt. Reliquæ FLORUM variis modis præparatorum species eorumque virtutes videantur passim suis locis.

14. EMETICTM MITE ANTIMONII *Boerhavi*. Paratur illud ex ⚥ crudi p. 1. cum nitri p. 11. detonatis. Vires nomini respondent & proxime accedunt ad eas ⚥ diaphoretici; nam, dimidia parte nitri superaddita, ⚥ suo phlogisto perfecte privatur.

15. PUL-

q) Ejusmodi flores sub præparatione ⚥ diaphoretici, crucibuli lateribus adhærent, ope spatulæ sollicitè separandi & rejiciendi, vel massæ fluenti adjiciendi, ut in meram calcem mutantur.



15. PULVIS JACOBI *primi ordinis*. Anglice: *James's Powder* parari dicitur eodem modo, ac præcedens, mutata tamen proportionem, nimirum ex  $\text{℥ii}$  crudii p. iv. cum nitri p. vii. detonatis; hinc ob privationem minorem phlogisti paulo fortius agit, quam emeticum mite.

## b. *Compositæ.*

1. PULVIS JACOBI *secundi ordinis*, qualem *Donald Monro* (in prælectionib. medic. ex Cronii instituto p. 62) descripsit, revera nihil aliud est, quam miscela e calcis  $\text{℥ii}$  granis xxx. & mercurii præcipitati rubri grano 1; hæc dos ab auctore *Jacobo* ut plurimum una vice propinata, plerisque in Anglia practicis merito nimia esse videtur.

2. CROCUS MARTIS ANTIMONII APERITIVUS *Stahlii*. Scoriam edulcoratam reguli  $\text{℥ii}$  martialis cum duplo, aut triplo nitri mixtæ in crucibulo rite deflagrando liquantur & dein aqua edulcorantur. Hic crocus potius pro calce ferri, quam  $\text{℥ii}$  habendus est.

3. ANTIMONIUM DIAPHORETICUM MARTIALE f. *Cachecticum Ludovici*, e regulo martiali, ad arbitrium ferro imprægnato, eodem modo paratur atque  $\text{℥ium}$  diaphoreticum vulgare ablutum; est adeoque calx ex  $\text{℥io}$  diaphoretico & croco Martis composita.



4. ANTIHECTICUM POTERII. Reguli ℥ii simplicis vel martialis p. iv. stanni partes ii. ad p. viii. confundantur; frige facta massa redigatur in pulverem, cum triplo nitri calcinetur & eluatur. Rarissime hæc calx in usum vocatur, nec forsan unquam vocari debuisset.

5. SULPHUR EX REGULO ANTIMONII JOVIALI. Ex regulo Joviali & nitro paratur calx cum lixivio alkali-  
no forti coquenda, & soluta calx aceto destillato præcipitanda. Præcipitatum hoc elotum nullo modo sulphureum, sed mera est calx ℥ii & stanni.

6. BEZOARDICUM MARTIALE obtinetur ex regulo ℥ii martiali butyrum ℥ii destillando; unde acidum nitri ex retorta abstrahitur, & cohobatur, residuum denique calcinatur & aqua eluitur. Est mera calx ℥ii & ferri.

7. BEZOARDICUM JOVIALE eodem, ac præcedens, paratur modo; adhibito nempe regulo joviali loco reguli martialis.

8. BEZOARDICUM SATURNINUM paratur ex vitreo Saturnino & butyro ℥ii, unde acidum nitri aliquoties cohobatur. Est calx ℥ii & plumbi.

9. BEZOARDICUM SOLARE *Crollii*. Dimidiæ libræ butyri ℥ii dr. iv. auri, aqua regia soluti, adde & ad siccitatem



citatem abstrahere, a residuo affusum acidum nitri iterum iterumque abstrahere, residuum bene edulcora.

10. BEZOARDICUM LUNARE. Simili obtinetur modo, dummodo pro auro addatur argentum in aque forti solutum.

11. CERUSSA ANTIMONII SOLARIS. Reguli  $\text{gij}$  simplicis unc. 1. aur. dr. 1. simul funduntur; frigefacta massa in pulverem redigitur, qui cum triplo nitri calcinatur & dein aqua abluitur.

12. ANTIMONIUM DIAPHORETICUM SOLARE AURATUM *Zwelferi* eodem modo paratur ac præcedens, addendo ad nitrum cremoris tartari unc.  $\beta$ . Cui bono hæc additio, sciat *Zwelferus*.

13. SPECIFICUM STOMACHICUM *Poterii r)* est regulus  $\text{gij}$  martialis cum vel sine auro confectus per nitrum calcinatus & dein edulcoratus.

### $\beta$ . CALCES VITRIFICATAE.

Vitrificatae calces antimoniales sunt, quæ fortiori igne in massam vitream mutatae sunt. Sunt illa vel simplices vel compositae.

B 4

a. *Sim-*

r) vid. *J. Helfrici JUNKEN Lexicon* p. 237.



a. *Simplices.*

1. VITRUM ANTIMONII, ex sola calce  $\text{℥ii}$  per se parata fortiori igne in crucibulo bene testo per fusionem obtinetur. Color optimus ejusdem, teste Huxhamo, est pellucide hyacinthinus, variat tamen, prout calx adhibita plus minus suo phlogisto privata fuit s). Calcis  $\text{℥ii}$  unc. viii. dederunt mihi vitri unc. vi. cum dr. vi.

2. VITRUM REGULINUM *Schroederi*. Regulus  $\text{℥ii}$  pulverisatus per se in calcem redigitur, eodem modo ac  $\text{℥}$  crudum, ex qua tandem f. a. paratur vitrum, a præcedenti non differens.

3. SUCCINUM ANTIMONII *Shroederi* est vitrum  $\text{℥ii}$  ex mercurio vitæ f. a. paratum. Nomen a colore habet. Respectu virium illud a præcedenti non differt.

4. VITRUM ANTIMONII *Bergmanni t)* paratur ex  $\text{℥io}$  diaphoretico & pauco sulphure fusis.

5. VITRUM ANTIMONII SOLARE *Schroederi*. Antimonii crudi p. xvi. cum auri p. i. funduntur, massa per

s) Calx  $\text{℥ii}$  suo phlogisto nimium orbata per se in vitrum verti nequit absque novo phlogisti accessu. Hæc est ratio, cur illud semper virtutem exerceat emeticam.

t) Diff. de Antim. sulphuratis.



per se calcinatur & denique in vitrum mutatur. Num aurum hujus vitri neque in solitis menstuis medicis, neque in ventriculo solubile, virtutem medicam exercere possit, merito dubitatur.

## b. *Compositæ.*

I. VITRUM ANTIMONII CERATUM. Juxta Pharmacopoeam Edinburgensem *u)* ceræ flavæ dr. i. in vase ferreo liquefactæ injiciatur vitri ℥ii tenerrime contriti unc. i. calcinentur leni igne per semihoram, spatula continue agitando; dein effundantur in chartam & frige facta redigantur in pulverem. Dosis est a gr. ii. ad xx usque. Non autem calcinanda sed frigenda est massa, ut vitrum in cera quodammodo solvatur & vis ejus corrosiva per oleosas ceræ partes quasi dulcificetur. Hinc vitrum ℥ii ceratum simplici vitro mitius multo est, & fere iners redditur iterata cum cera tostione, id quod, experimento ipse compertus sum. Ratio hujus inertiae procul dubio in eo quærenda est, quod vitrum ℥ii ob repetitam cum cera calcinationem in regulum quasi reducitur. Jam vero vires reguli completi in corpus humanum incertæ, & pro quantitate & qualitate acidi in ventriculo latitantis, variæ sunt. Hinc ergo colligitur, quare vitrum ℥ii ceratum modo mitius agat, modo nullas fere exferat vires.

B 5

β. CAL-

*u)* In editione Baldingeriana p. 104.



## γ. CALCES SALINAE.

Salinam dicimus calcem regulinam, cui admixtum est falis quid, five hoc sub processu accesserit, five studio superadditum fuerit. A diversitate hujus falis derivavimus ordinem pertractionis, prout nempe illud vel acidæ vel mixtæ naturæ fuerit.

### a. *Acidæ.*

I. MERCURIUS VITAE v). *Pulvis Algarothi* x), *Aquila alba* y), *Magisterium* ζii z), *Pulvis angelicus*, *Mercurius mortis*. Vulgaris & antiquissima hunc præparandi methodus jubet, ut butyrum ζii, quocunque demum modo paratum a) magnæ copiae aquæ calidæ instilletur; ita quidem regulus nonnihil dephlogisticatus sub forma pulveris albi fundum petit; aqua supernatans decantatur & præcipitatum frigida eluitur.

Aquam decantatam veteres perperam dixerunt spiritum vitrioli philosophicum; est illa vero acidum falis

v) Ita Paracelsus in *Archid. magic.* L. V.

x) A medico quodam Italico.

y) Hoc nomen confusionis causa vitandum est, quum Mercurius dulcis eodem passim insigniatur.

z) Datur aliud ζii magisterium suo loco exponendum.

a) Observari hic meretur, nullam præcipitationem fieri ex butyro ζii semel rectificato, vel acido falis adhuc diluto & postea crystallifato. De hujus phœnomeni causa vide butyrum ζii rectificatum.



salis dilutum, cui nonnullæ particulæ regulinæ adhuc infunt, quæ alkali beneficio inde præcipitari possunt. Præcipitatum hoc ablutum vocatur *Materia perlata*. Pulvis ille Algarothi est calx regulina phlogisto suo nonnihil orbata, adhucdum cum portione acidi salis conjuncta, cujus præsentia exinde probatur, quod mercurius vitæ destillationi subiectus aliquantulum butyri ðii præbeat. Ita quoque, si huic pulveri instilles acidum vitrioli concentratum assurgit fumus, odorem acidi salis spirans. Est autem mercurius vitæ medicamentum valde drasticum, & infidum; hinc usus ejus in medicina forsan jam abrogatus esset, nisi illo magni viri, *Macquer* & *Bergmann* pro parando tartaro emetico usi essent. Hunc in finem *Schelius* b) breviorē & minus pretiosum modum eum absque solito ðii butyro parandi commendavit. Scilicet hepatis ðii pulverisati lb. i. affunditur miscela ex aquæ lb. iiii, olei vitrioli & salis culinaris ana lb. i. digeritur hæc massa per xii. horas, refrigerata filtratur; residuum rursus cum tertia parte antea indicati menstrui digeritur & liquor filtratur. Hæ duæ solutiones miscentur, illisque sat magna copia aquæ fervidæ affunditur, quo facto mox præcipitatur pulvis albus, qui edulcoratus & siccatus cum præcipitato ex butyro ðii convenit.

2. FLORES BUTYRI ANTIMONII Crollii c). Est mercurius vitæ aqua calida edulcoratus.

3. MA-

b) vid. CRELLS *Neueste Entdeck. in der Chem.* T. VI. p. 171.

c) *Basilic. Chem.* p. 130.



3. MAGISTERIUM ANTIMONII B. V. Ut longam operationem paucis complectar, omnis huc redit labor. Ex aluminis nsti unc. iv,  $\text{gii}$  crudi, salis culinaris & boli armeni ana lb.  $\beta$ . destillatur oleum (butyrum nempe  $\text{gii}$ ) in quo solvitur aurum foliatum; solutioni denique adjicitur aqua & præcipitatur pulvis albus (nimirum mercurius vitæ). Nonne antiqua hæcce præscriptio recentioribus viam monstravit, butyrum  $\text{gii}$  viliori pretio obtinendi?

4. ROSA VITAE MINERALIS. Est mercurius vitæ e butyro  $\text{gii}$  ope tincturæ fantali rubri præcipitatus.

5. PRAECIPITATUM ANTIMONII PURGANS *Rolfincii d)*. Ille vitrum  $\text{gii}$  salis acido solvit *e)* solutumque aqua præcipitavit. Præcipitatum istud est mercurius vitæ.

6. PRAECIPITATUM REGULI ANTIMONII MARTIALIS Schroederi. Regulus  $\text{gii}$  martialis acido salis solutus aqua præcipitatur, præcipitatum edulcoratum calcinationi committitur. Procul dubio hoc idem est, ac pulvis Algarothi, quoniam particulae ferreae ab acido salis solutæ, sub præcipitati edulcoratione in aqua solutæ manent.

7. MER-

*d)* Eodem formula exstat apud SCHROEDERUM sub nomine *Vitri gii correcti*, sed perperam; nam id sane vel ipso vitro simplici acrius est.

*e)* SAUNDERS l. c. p. 42.



7. MERCURIUS VITAE CORRECTUS *Schroederi*.

Mercurium vitæ tam diu calcinari jubet *Schroederus*, donec ruber evadat. Calcinato affunditur spiritus vini iterumque abstrahitur. Pulvis residuus paulo mitior est mercurio vitæ, siquidem acidum salis partim igne partim per spiritum vini aufertur.

8. MERCURIUS VITAE CATHARTICUS *Schroederi*.

Mercurius vitæ sæpius tritatur cum sale culinari, & dein aqua abluitur. Hac via illius vim drasticam diminuere allaboravit auctor, sed frustra. Alii mercurium vitæ ex butyro ꝑii ope solutionis alkali fixi præcipitarunt. Posteriori hac methodo scopum quodammodo attigerunt chemici; etenim mercurius vitæ suo sic privatur acido salis, adeoque mitius agit.

9. VITRUM ANTIMONII CORRECTUM *Schroederi*, hoc nihil aliud est, quam *Præcipitatum purgans* Rolfinccii, de quo sub No. 5. egimus.

10. PANACEA EX BUTYRO ANTIMONII. Butyri ꝑii partibus viii. admisce spiritus vini p. iii. & per hebdomadem digere; digestionem peracta, spirituque abstracto f), residuo affunde acidi vitrioli diluti p. xii. iterumque digere & liquorem ad siccitatem abstrahere, remanentiam tandem ad rubedinem calcina. Est calx ꝑii unde acidum salis per acidum vitrioli expulsum est.

11. FLO-

f) Est spiritus salis dulcis, odore tetro præditus.



II. FLORES ANTIMONII DIAPHORETICI. Flores  
 ℥ii acido sulphuris (i. e. acido vitriolico volatili) made-  
 facti & dein ficcati in crucibulo, operculo recto, leni  
 igne calcinantur. Vero simile tamen est hos flores  
 parum de vi sua drastica hac operatione amisisse. Idem  
 ac præcedens.

13. VITRUM ANTIMONII MAXVELLI PURGANS PER  
 INFERIORA. Vitri ℥ii pulverisati uncia i. septies affun-  
 de acidi vitriolici concentrati unc. i. totiesque iterum  
 abstrahere. Residuum autem, deflagrando super illud  
 spiritum vini, (melius: destillando inde S. V.) edul-  
 coretur. De hoc præparato idem iudicium, ac de  
 præcedenti, ferendum est.

13. ANTIMONIUM VIRIOLATUM, f. *Mercurius vi-  
 tæ coelestis Klaunigii g)* ex iisdem ingredientibus &  
 eodem modo paratur ac præcedens, adeoque idem.

### b. *Mixtæ.*

I. PANACEA AUREA REGULINA PURGANS B. V.  
 Antimonii diaphoretici e regulo ℥ii martiali p. ii. dia-  
 grydii & cremoris tartari ana p. i. misceantur. Est  
 calx ℥ii & martis, virtuti additorum nupta.

2. PULVIS CORNACHINI, *Pulvis Comitæ de War-  
 wick, Pulvis Diatrion*, Parum ille abludit a præce-  
 dente,

g) Ejus Nosocomium charitatis 1718.



dente, quum sola proportio ingredientium, pro lubitu varianda, discrimen faciat. Hunc scilicet una pars cremoris tartari, tres partes ℥ii diaphoretici & quatuor diagrydii constituunt. Angue autem pejus practici sibi caveant, ne ejusmodi pulverem diu servatum ægrotis propinent, quippe horrendam emesin & hypercatharsin excitantem *h*).

3. ANTIMONIUM CATHARTICUM *Wilsoni i*). Vitri ℥ii pulverisati parti i. sensim sensimque instilla acidi vitriolici concentrati p. iiii. digere per 48 horas & leni calore abstrahere acidum, residuum frige factum aqua elue, donec omnem amiserit acrimoniam; deinde sicca & cum æ. q. salis mirabilis Glauberi, nec non dupla salis enixi (i. e. Arcani duplicati) contere; hæc mixtio in crucibulum injecta per spatium horæ quadrantis lente fluat, tandem massam ab igne remotam & frige factam in pulverem redige. Hoc præparatum propinavit *Wilson* dosi a gr. ii. ad x. usque, neque ullam exinde in stomacho oriri nauseam animadvertit. Præterea tres ægrotos lue confirmata correptos illius usu se curasse auctor adserit. Quantum ad hanc curam, sit fides penes auctorem. Quod illud ne nauseam quidem excitare valeat, nullus dubito, quum id revera nihil aliud sit quam ℥ium diaphoreticum cum sale mirabili Glauberi & arcano duplicato conjunctum.

C. SA-

*h*) vid. thes. *Trilleri* P. I. p. 529.

*i*) A compleat course of chemistry by *G. Wilson* 1725, p. 104. vid. & *New dispensatory* p. 573.



## C. SALIA REGULINA.

Sal regulinum fiftit regulus ab acido quodam vere solutus, five fornā induat ficcā, five liquidā. Inde elucefcit, quomodo differat a calce regulina falina. Subdivifionis fundamentum a diverfitate menftrui dependet.

### α. SALIA REGULINA VITRIOLATA.

Sunt hæc quoque vel fimplicia vel compofita.

#### a. *Simplicia.*

1. SAL ANTIMONII ex Vitro. Vitrum ꝑii mediante acido vitriolico diluto extrahitur; extractio decantatur, leni calore evaporatur & deinde in loco frigido chryftallifationi exponitur. Eft fal regulinum vitriolatum. Ex illo, quod inftitui, experimento obtinui cryftallos lanceolatoplumofas.

2. VITRIOLUM ANTIMONII, *Antimonium* f. *ftibium vitriolatum* recentiorum. Reguli ꝑii affunde olei vitrioli p. iv. deftillando abftrahe acidum, quod, teſte Morveau, ex reguli phlogiſto volatile eſt & ſulphureum, reſidui autem pars quædam ſolubilis eſt; ſolutio frigefacta in cryſtallos abit, quæ ejusdem ſunt indolis, ac fal ꝑii ex vitro.

#### b. *Com-*



b. *Composita.*

1. VITRIOLUM ANTIMONII B. V. Vitrum  $\text{℥ii}$  acido vitrioli & aceti per digestionem, quoad fieri potest, solutum, in formam salinam evaporando redigitur. Cum præcedente convenit.

2. FLORES ANTIMONII DIAPHORETICI TARTARISATI. Alkali tartari & florum  $\text{℥ii}$  alborum ana p. æ. misce & in crucibulo funde; massam exemptam loco humido ad deliquescendum repone. Liquoris dein obtenti partibus ii. admisceatur acidi vitrioli concentrati p. i. & miscela ad siccitatem abstrahatur. Residuum est tartarus vitriolatus  $\text{℥ii}$ .

3. VITRUM ANTIMONII CORRECTUM B. V. & Schroederi. Vitrum  $\text{℥ii}$  in oleo tartari per deliquium solve  
k) solutioni acidum vitrioli dilutum guttatim instilla; quo facto crystalli fundum petunt.

## β. SALIA REGULINA NITRATA.

ANTIMONIUM NITRATUM. Regulus  $\text{℥ii}$  ab acido nitri potius corroditur, quam solvitur, exigua tamen  
ejus

k) Hac via admodum exigua pars vitri solvitur, unde hoc præparatum parum a tartaro vitriolato differt. Tentandum foret, num solutio majoris copię alkali cum  
vitro



ejus portio soluta manet. Calcium  $\text{℥ii}$  autem major portio in acido nitri solvitur.

## γ. SALIA REGULINA MURIATICA.

I. BUTYRUM ANTIMONII. *Causticum ℥iale, Oleum ℥ii l).* Sal  $\text{℥ii}$  muriaticum, antimonium salitum, stibium salitum Bergmanni. Antiquissimus illud præparandi modus sequens est:  $\text{℥ii}$  crudi pulverisati *m)* parti i. admiscetur mercurii sublimati corrosivi p. ii. vel iii. Ex hac miscela butyrum  $\text{℥ii}$  destillatur. Hodie satis superque notum est, hoc butyrum originem suam unice debere conjunctioni acidi falis concentrati cum particulis regulinis, simulque sublimari cinnabarim, mercurio vivo & sulphure  $\text{℥ii}$  sese invicem arripientibus. Recentiores chemici itaque, tam laboris quam sumtus ratione habita, secundum vetustas quasdam formulas *n)* & principia artis aliam inierunt  
viam

vitro antimonii fusi in aqua sub saturatione per acidum partes antimoniales retineat.

- l) Hoc nomen confusioni ansam præbere potest, quum & occurrat *Oleum ℥ii B. V.*
- m)* Vel etiam reguli  $\text{℥ii}$  p. iii. cum mercurii corrosivi sublimati p. viii. At tum nulla oritur cinnabaris.
- n)* Apud B. V. reperitur formula butyrum  $\text{℥ii}$  parandi ex  $\text{℥io}$  crudo, sale culinari & argilla. *Rolfinck* (Diff. de  $\text{℥io}$  C. xx.) destillavit illud ex miscela  $\text{℥ii}$  crudi, falis culinaris & vitrioli. Præterea etiam *Becher*, *Glauber*, *le Febure* & alii bene multi hujus methodi mentionem fecerunt.



viam illud viliori pretio obtinendi. Sic cl. *Wiegleb* ex falis culinaris p. iv, acidi vitriolici concentrati p. iiii, diluti aquæ simplicis p. ii. &  $\text{gii}$  crudi p. i. destillavit butyrum  $\text{gii}$ . Formula a cl. *Gmelin* laudata nihil a priori differt, nisi proportionem ingredientium mutata. Eundem finem affecutus est cl. *Hagen*, adhibendo falis culinaris & aluminis usti ana p. ii.  $\text{gii}$  crudi p. i. Butyrum autem  $\text{gii}$  his præparatum modis id secum fert incommodi, ut ad usus externos nimis sit dilutum, atque odorem tetrum sulphureum spiret. Hoc vitium evitaveris, si loco  $\text{gii}$  crudi adhibueris vel regulum  $\text{gii}$  vel crocum metallorum, vel potius, si juxta mentem *Göttlingii* illud ex vitro paraveris; alterum vero, sequendo formulam a cl. *Hagen* præscriptam o). De præcipitatione mercurii vitæ ex butyro  $\text{gii}$  vide suo loco.

2. BUTYRUM ANTIMONII RECTIFICATUM. *Oleum gii*. Sic vocatur butyrum  $\text{gii}$  iterum ex retorta destillatum. Proprietates, quæ hoc a præcedente distinguunt, sunt fluiditas major, & in aqua pura solubilitas, absque præcipitatione. Fluiditas cum perfecta solubilitate oritur partim a perfectiori calcis cum acido unione, partim a majori acidi falis copia. Sub destillatione enim tantum proveniunt particulae regu-

C 2

linæ

o) Vide plura apud WIEGLEB *Algern. Handb. der Chem.* §. 1011. CRELL *Chem. Journ.* T. III. p. 118. *Neueste Entdeck.* T. VII. p. 81. T. X. p. 97. *Chem. Annal.* T. II. p. 203. TYCHSEN *Chem. Haandb.* §. 939.



linæ acido falis superfaturatæ, relicta in fundo retortæ portione regulina, ad quam perfecte solvendam acidum deficiebat. Hujus theoriæ fundamentum fequenti experimento nititur. Butyrum  $\text{℥ii}$  nondum rectificatum, copiofiori acido falis adfufo, totum in cryftallos abit & cum butyro  $\text{℥ii}$  rectificato convenit.

3. BALSAMUS VULNERARIUS *B. V. p*). Antimonii crudi p. ii. falis culinaris p. i. argillæ p. xii, mixta in retortam injice & exinde deftilla balfamum. Prodit inde butyrum  $\text{℥ii}$  debile & parcum.

4. OLEUM ANTIMONII *B. V.* Antimonii calcinati, falis gemmæ ana p. iii. pulvis filicum p. ii. mixta deftillantur. Labor hic imperfectus fimilis eft præcedenti; fal fcilicet gemmæ ut plurimum continet paululum terræ calcareæ falitæ five falis ammoniaci fixi, quod acidum fuum diuturno igne expelli finit.

5. OLEUM ANTIMONII CRYSTALLINUM. Floribus  $\text{℥ii}$  affunde aquæ fortis p. æ. digere & exinde deftilla fpiritus; hunc laborem, novam aquam fortem affundendo, aliquoties repete, tandem maſſam ex retorta deftilla, excipiendo feorſim liquorem primum, dein, mutato excipulo, oleum. Hoc veteres pro butyro  $\text{℥ii}$  habuerunt, nec injuſte. Nam illud acidum, quod aquæ

*p*) Sunt, qui butyrum  $\text{℥ii}$  rectificat. & balfamum Vulner. *B. V.* pro ſynonymis habent; ſed, uti jam patet, minus recte.



aquæ fortis nomine veteres insignierunt, revera fuisse acidum falis, ex adnotatione apud Schroederum didici. Scilicet expelli jubent illam aquam fortem ex vitriolo calcinato, fale culinari & argilla.

#### δ. SAL REGULINUM ARSENICATUM.

Regulus ḡii ab acido arsenici, teste Scheelio, via humida q) solvitur, solutio autem plerisque acidis uti & aqua pura decomponitur.

#### ε. SAL REGULINUM BORACINUM.

Hoc obtinetur, si regulo ḡii, aqua regia soluto, adjiciatur solutio boracis. Sub hac operatione aqua Regis cum alkali minerali se conjungens expellit acidum boracis, quod regulum arripit & fundum petit.

#### ζ. SAL REGULINUM PHOSPHORATUM.

Calx ḡii, teste *Bergmanno*, cum acido phosphori connubium init. Nuperrime etiam relatum legimus de regulo ḡii in forma calcis vi naturæ per acidum phosphori mineralifato, quem Comes *Razoumowsky* in Sabaudia detexit, & experimentis subiectum invenit, ipsi æqualem mineram componi, si cal-

C 3

cis

q) Via ficca nulla datur solutio, quia acidum arsenici eripit regulo suum phlogiston & inde in regulum arsenici mutatur.



cis ℥ii p. viii. cum acidi phosphori p. X. uniuntur \*).  
Ejusdem mineræ specimen possidet Illustriss. de *Holmskiold*, ex Hungaria adlatum.

## η. SAL REGULINUM SUCCINATUM.

Calx ℥ii, minime vero regulus, ab acido succini solvitur, quæ quidem solutio, teste Wenzelio, nulla solutione alkalina præcipitatur, nisi hepate sulphuris soluto.

## θ. SALIA REGULINA ACETATA.

1. SAL ANTIMONII EX ℥io CRUDO, (rectius e calce) ℥ crudum, post præviam per se calcinationem, aceto destillato extrahitur & dein evaporatur. Hæc extractio virtute emetica gaudet; regulum ex illa reduxi. Nullæ vero obtinentur crysalli.

2. VITRUM ANTIMONII DIAPHORETICUM. Sub hoc titulo intelligitur hujus vitri ℥ii solutio in aceto. Cum præcedente convenit.

3. OXYSACHARUM VOMITIVUM LUDOVICI. Vitri ℥ii dr. β. infundantur aceti vini unc. xviii; digestionem peracta filtretur liquor, in quo solvantur sacchari unc. iv. solutio dein ad syrupi consistentiam evaporetur. Nomini suo respondet hoc præparatum.

## 4. TIN.

\*) CRELL chem. Annal. 1786. IV. St. p. 291.



4. TINCTURA EX ANTIMONIO CALCINATO *B. V.*  
Lapides prunellæ & antimonium crudum anatica proportionē mixta per quinque dies igni reverberatorio committantur. Ex massa elota, (quæ fere eadem est ac crocus metallorum) ope aceti destillati extrahatur tinctura. Hæc quoad vires parum ab aqua benedicta Rulandi differt, sed magis drastica est.

5. TINCTURA EX CROCO METALLORUM *Bickeri.*  
Ex croco metallorum cum aceto destillato extrahe tincturam decantandam & ad mellis spissitudinem evaporandam. Nomen tincturæ improprium, vires autem cum præcedente conveniunt.

6. TINCTURA FLORUM ANTIMONII VITRIOLATORUM. *Antidotus Lysipyretos.* Flores ꝯii rubri & vitriolati primum spiritu vitrioli veneris, (i. e. spiritu vitrioli) dein spiritu saturni æthereo, (i. e. aceto concentrato e saccharo saturni destillato) infunduntur & extrahuntur. A præcedente parum differt.

7. ELIXIR SOLARE ANTIMONII. *Electrum* sive *Lilium Paracelsi.* Reguli ꝯii & auri p. æ. simul funde & cum salis ammoniaci p. iv. sublima; sublimatione peracta, partes salinæ aqua eluuntur, residuum autem calcinatur; e calce primum aceto dein spiritu vini extrahuntur tincturæ post mixtionem concentrandæ. Hoc medicamen gaudet vi emetica, nihil vero continet auri, quippe quod in residuo remanet.



8. TINCTURA EX FLORIBUS REGULI. *Antidotus panchrestos.* Flores reguli ℥ii rubri per tres dies calcinationi committuntur, dein extrahuntur aceto, quod ad ficcitatem evaporatur, huic denique affunde spiritum vini, quem iterum abstrahere. Spiritu, ut præscribitur, abstracto, remanentia, substantiæ gummosæ haud dissimilis, idem sistit præparatum ac illud, quod obtinetur extractione prima cum aceto, nempe sal quoddam ℥ii acetatum  $\mathfrak{s}$ ; nisi operatio ita instituitur, ut apud aliis auctores reperi, quod scilicet, extractione cum aceto peracta, residuo in retorta affundatur spiritus vini, hicque iterum destillatione abstrahatur. Hic spiritus convenit cum tinctura ex ℥io rubro fixo, & balsamo vitæ B. V. quæ videantur sub sectione Pseudostibiatorum.

#### „ SAL REGULINUM BENZOINUM.

Exigua tantum portio calcis ℥ii ab acido Benzoes solvitur.

#### „ SAL REGULINUM CITRATUM.

Acidum citri libenter regulum, attamen duntaxat sub forma calcis vel vitri solvit.

#### λ. SAL

γ) Hæc appellatio quibusdam fortasse impropria videbitur. Sed considerent, velim, particulas regulinas hæc ab aceto esse solutas, licet forma crystallina non gaudeant, nam ex illa substantia quasi gummosa, maximam partem in aqua solubili, regulum reduxi.



### λ. SAL REGULINUM CYDONIATUM.

ROOB VEL SAPA VOMITORIA *Sylvii*. Vitri ℥ii unc.  
 1. cum succi cydoniorum libr. iv. aliquandiu digere,  
 liquorem digestum filtra & inspissa ad fyrupi confi-  
 stentiam. Est præparatum valde drasticum.

### μ. SAL REGULINUM SACCHARATUM.

Regulus ℥ii ab affuso acido sacchari nigrescit, so-  
 lutio vero non datur nisi adhibeatur vel calx ℥ii, vel  
 ejus vitrum, utrumque acido sacchari solutum & eva-  
 poratum crystallos præbet, in aqua difficulter solubiles.

### ν. SAL REGULINUM ACETOSELLATUM.

Acidum acetosellæ, nec non sal acetosellæ ip-  
 sum, quod heic præstat, calces antimonii solvit, cum-  
 que illis massam salinam sistit tartaro emetico, teste  
*Wenzelio* & aliis, haud dissimilem; nec mirum, sal  
 enim acetosellæ, hujusque acidum, juxta recentiorum  
 experimenta parum aut nihil differt a cremore tartari  
 hujusque acido, quod iterum indole convenit cum aci-  
 do tamarindorum, sacchari, lactis, vini, hisque simi-  
 libus vegetabilium acidis.

### ξ. SAL REGULINUM TAMARINDATUM.

Sal essentielle tamarindorum cum alkali vegetabi-



li saturatum cum vitro  $\text{℥ii}$  anatica proportionē mixtum atque in sufficiente quantitate aquæ per semihoram coctum, teste *Lassonio* præbuit sal emeticum, viribus & indole neque a tartaro tartarifato antimoniali *Bergmanni*, neque a præcedente ulla ratione diversum.

## o. SALIA REGULINA TARTAREA.

### 1. *Cum acido tartari puro.*

Experimenta, quæ cl. *Bergmann* t), cum sale essentiali tartari & regulina  $\text{℥ii}$  parte sub variis formis instituit, (adhibendo nempe regulum, hepar, crocum metallorum, vitrum,  $\text{℥}$  diaphoreticum, materiam perlata, pulverem Algarothi &c.) manifeste ostendunt, acidum tartari solum nihil fere in corrodinga regulina substantia valere, quamdiu illa adhuc phlogisto abundat, sed prout hoc diminuitur, illa magis quoque solutioni apta redditur. Ast Vitrum  $\text{℥ii}$ , phlogisto licet ditius, quam quidem  $\text{℥}$  diaphoreticum, nihilominus faciliore negotio solvitur, quam hoc; non tamen, adeo ut acidum tartari purum pro menstruo congruo ad parandum tartarum emeticum haberi queat.

### 2. *Cum tartaro tartarifato.*

STIBIUM TARTARO TARTARISATUM *Bergmanni* u).  
Tartarus tartarifatus substantiæ regulinæ stibii solvendæ

z) Diff. de Stibio tartarifato, Upsal. 1773 p. 9 seqq.

u) l. c. p. 16.



da par est & fere eodem modo ad varias stibii præparationes se habet atque cremor tartari, adeo, ut ab illo sale medio regulus  $\text{§ii}$  parum aut nihil solvatur, crocus metallorum magis, vitrum autem  $\text{§ii}$ ,  $\text{§}$  diaph. & mercurius vitæ maxime in illo sit solubilis.

### 3. *Cum crystallis tartari.*

TARTARUS EMETICUS, *Tartarus §ialis*, *Stibium* sive  $\text{§}$  *tartarifatum*. Hujus medicamenti, omnium  $\text{§}$ ialium facile præstantissimi, præparatio eo redit, ut tam acidum crystallorum tartari quam tartarus tartarifatus in illis delitescens regulinas  $\text{§ii}$  partes solvant atque eiscum vel in chrySTALLINAM vel pulverulentam formam abeant.

Ad hoc præparandum chemici variis usi sunt methodis, variisque ex stibio præparatis, uti hepate  $\text{§ii}$ , croco metallorum, calce  $\text{§ii}$  per se, vitro  $\text{§ii}$ , nec non mercurio vitæ. Prima, ni fallor, formula reperitur apud *Adrianum Mynsicht v*, qui crocum metallorum adhibuit. *Zwelfer* autem ut & *Saunders x*) vitrum  $\text{§ii}$  commendarunt. Horum sententiam amplexi sunt *Wiegleb y*) & *Höpfner z*). *Lassone* & *Bergmann a*)  
deinde

v) *Thesaur. chem. med.* Hamb. 1631.

x) *Obs. de Antimon.* p. 80.

y) *Algem. Handb. der Chem.* §. 1045.

z) *Abhandl. über die Bereit. des Brechweinst.* Weim. 1782.

a) l. c. p. 16.



deinde novam proposuerunt methodum. Duæ unciaë totidemque drachmæ pulveris Algarothi cum unc. v. crystallorum tartari & lib. iv. aquæ fontanæ per semihoram in vase figulino leniter coquantur, solutio filtrata, remanente in filtro paucopulvere nigricante, in alio vase leni igne ad cuticulam evaporetur & crystallisationi exponatur. Quantitas tartari emetici hoc modo crystallifati fere eadem vel etiam paulo major est quantitate cremoris tartari adhibiti. Licet vero de successu hujus operationis nullum sit dubium, confido tamen plerosque practicos methodum *Saundersi*, *Wieglebii* vel *Höpfneri* fore prælaturos. Illorum methodus breviter hæc est. Vitri  $\text{℥ii}$  rite parati, (i. e. pellucidi coloris hyacinthini) p. i. & crystallorum tartari p. ii. affundatur aquæ tantum, ut ad unc.  $\beta$ . tartari aquæ addatur lib. i. Coctio instituatur, imprimis si quantitatem majorem, e. g. libram tartari emetici parare velis, per horas xii. *b*), & sub coctione tantum aquæ rursus affundatur, quantum fuit evaporatum. Posthac liquor fervidus filtretur & filtratus sub continua agitatione ad siccitatem inspissetur. In hoc tartaro emetico pondus cremoris tartari, a soluto vitro adaugtum diversum ab auctoribus statuitur. Hæc autem diversitas non imputanda est majori minorive portioni vitri  $\text{℥ii}$ , a cremore tartari solutæ, sed potius inspissationi

*b*) Coctionem per 24 hoars injunxit cl. Wiegleb; sed hoc tum demum necessarium est, cum vas non fuerit satis capax.



fationi ad pulverulentam siccitatem haud institutæ, unde fit, ut cremoris tartari aqua crystallisationis haud rite evaporata pondus tartari emetici augere valeat. Namque licet ab uncia i. cremoris tartari drachmas iiii. cum scrupulis ii. vitri  $\text{g}^{\text{ii}}$  per debitam coctionem solvi ipse experimentis didicerim *c*); nihilominus tamen in tartaro emetico ad pulverulentam siccitatem inspissato, minime, ut ait *Saundersus*, crystallorum tartari uncia quæque augmentum ponderis ad drachmas tres, sed ad drachmam unam cum dimidia acquirit. Hinc ergo patet, quam necessaria sit hujus medicaminis inspissatio ad pulverulentam siccitatem. Caveatur quoque, ne coctio fiat in vasis, quorum materia in solutione fervida cremoris tartari solubilis est. Cum tartarus emeticus, hōc modo præparatus, intentioni practicorum egregie satisfaciat, non consultum fore duco mercurium vitæ in locum vitri  $\text{g}^{\text{ii}}$  substituere.

4. STIBIUM TARTARISATUM AMMONIACALE *Lassoni*. Cl. *Lassone* tartarum emeticum cum æ. p. salis ammoniaci depurati invicem miscuit: miscelæ partibus ii. aquæ partes iiii. affundi solutionemque salinam crystallisationi tradi jussit. Ejusmodi tartarus emeticus non solum ob summam in aqua solubilitatem absque præcipitatione practicis commendandus est, sed etiam ob virtutes salis ammoniaci peculiare, quæ cum illis tartari emetici junctæ scopo medicorum egregie sæpe

*c*) Idem quoque observavit cl. *Höpfner* & alii.



sæpe favent. Plura de hoc præparato adferre non huius loci est; dosin vero huius altero tanto maiorem esse debere, sponte liquet.

5. ESSENTIA ANTIMONII EMETICA *Schroederi*.  
 Florum ꝑii alborum unc. ii. ꝑ. tartari crudi unc. v. cum q. s. aquæ ad plenariam solutionem coquantur. Decoctum coletur & ad remanentiam unc. vi. evaporetur. Huic remanentiæ adde sacchari albi unc. vi. atque ad consistentiam syrapi inspissa. Hunc syrupum esse emeticum, at impurum & infidum, nemo non videt, cum non modo flores ꝑii, quoad vires incertas, sed etiam tartarum crudum, semper impurum præscripserit auctor. Ab antiquis a dr. ꝑ. ad i ꝑ. propinatus fuit, quod si impune factum sit, sine dubio tartaro crudo inhærentes impuritates vim florum mitigarunt.

## π. SALIA RGEULINA VINOSA.

I. ESSENTIA s. VINUM ANTIMONII *Huxhamii d*).  
 Vitri ꝑii rite præparati unc. i. in pulverem redigatur, cui affundantur vini maderaici optimi frigidi unc. xiv; hoc liquidum per x. aut xii. dies sæpius agitetur; subsideat deinde liquor per unum alterumque diem,  
 effun-

d) Opp. physic. medic. edit. Reichel. T. III. p. 129. vid. & ejusdem *Medical & Chemical Observations upon Antimonium*. Lond. 1756. p. i.



effundatur vinum, & coletur per chartam bibulam albam, ferveturque in lagena vitrea bene obturata. Tali modo paratum vinum, pergīt auctor, per plures annos conservari potest; præstat tamen elapso uno alterove mense recens denuo parari, quia, ut recte admonet *Leonhardi*, per longam moram aliquid regulini fundum & latera vasis petit. Vinum maderaicum ab auctore præfertur, quia melius, quam pleraque alia vina, conservatur; vinum tamen album hispanicum generosum bene quoque convenire asserit. Modum præparationis *Huxhamii* verbotenus adduxi; quia certe optandum est, hocce præparatum, utpote reliquis  $\S$ ii tincturis, infusionibus nec non plerisque antimonialium præparatorum, ob subtilissimam parvium regularum in vino grato solutionem, palmam præripiens, semper & ubique idem esse. Quare illud etiam primo loco inter salia regulina vinosa posui, non ut horum antiquissimum, sed ut reliquorum normam. Laudo quoque sententiam auctoris, qui illud in ultimis suis scriptis absque aromaticis parari jubet. Vinum enim  $\S$ ii, per se sat efficax & jucundum remedium, aromaticorum virtute & deliciis non indiget; præterea si quis de illorum efficacia in hac vel illa indicatione aliquid boni exspectat, addere illi licibit vinum quoddam aromaticum vel spiritum huic similem. Dosis hujus medicaminis pro medendi scopo vario varia est: propinatur nempe adultis a guttis xxx. usque ad unc.  $\beta$ . De hujus vini meritis & justa laude lege plura in *Huxhamii* opp. l. c.



2. VINUM ANTIMONIALE *Leonhardi e)*. Est solutio tartari emetici in vino dulci, quam vino  $\text{℥ii}$  H. auctor præferendam esse putat; sed ad meam aliorumque practitorum opinionem minus iuste, non enim dubitandum est salia metallica, si per acidum, quod certe vino dulci inest, solvuntur, alterationem quandam subire, & præsertim tartarum emeticum, qui vel sola aqua solutus successu temporis facile inde ex parte præcipitatur. Suam tamen hoc vinum meretur laudem, si determinatam quantitatem tartari emetici contineat, inprimis si solutio fiat extemporanea, eademque non multo post ægris propinetur.

3. INFUSIO VITRI ANTIMONII *B. V.* Vitri  $\text{℥ii}$  pulverisati dr. i. vel dr. ii. cum vini generosi lib. iii. per fat longum tempus leni calore digerantur. Etiam si proportio vitri  $\text{℥ii}$  ad vinum magnopere ab ea, quam præscripsit *Huxhamus*, recedat, utrique tamen similis inest virtus, cum exigua tantum portio vitri a vino solvatur.

4. AQUA BENEDICTA *Rulandi*, per infusionem croci metallorum cum vino Rhenano obtinetur & natura sua parum aut nihil a priori differt.

5. VINUM sive HIPPOCRAS EMETICUM *Musitani*.  
Recipe mercurii vitæ unc. ii.  $\beta$ ., caryophyllorum, cin-  
namomi

e) MACQUERS *chemisch. Wörterb.* a *Leonhardi* edit. T. V.  
P. 331.



namomi aa dr. 1/3. vini græci lbr. ii, leni calore digerantur. Hoc vinum suo nomini facile respondebit.

## CLASSIS TERTIA.

REGULINO-SULPHUREA dicimus illa præparata, in quibus regulus & sulphur quidem adfunt, sed neque in proportionem, neque formâ *f*), quibus natura ꝑ formavit, adeo, ut jam hæc jam illa pars prævaleat. Hæc iterum sunt distinguenda in simplicia & composita.

a. *Simplicia* quid sint per se elucescit; ceterum non negaverim hisce interdum portiunculam menstrui & præcipitantis adhærescere. In his vero adornandis, quoad ejus fieri potest, ordiemur ab illis, quæ indole & viribus proxime accedunt ad ꝑ crudum.

### I. CRO-

f) Cl. *Ebell* ꝑ crudum, Kermes minerale & sulphur ꝑ ii auratum &c. in una eademque classe posuit, sed mea opinione minus jûste; pars enim regulina Kermes mineralis & sulphuris ꝑ ii aurati his non inest in ea proportionem ad sulphur, qua est in ꝑ io crudo, nec in eadem forma, sed potius ceu calx, phlogisto plus minus orbata: præterea crocus metallorum, quem inter calces posuit, regulino-sulphureis adnumerandus fuisset, utpote non solum magna parte sui phlogisti, verum etiam aliqua sulphuris gaudens.



1. CROCUS ANTIMONII MEDICINALIS. ℥ii crudi p. viii, nitri p. i. mixtæ simul fundantur, massa fusa edulcoretur. Hic crocus est species reguli ℥ii medicinalis; mitius tamen ob minorem privationem sulphuris agit vulgari; quare illum heic primum adduxi: reliquæ autem species videantur in sequenti descriptione.

2. REGULUS ANTIMONII MEDICINALIS, f. *Febrifugum Craanii*, f. *Rubinus* ℥ii. Antiquissima & vulgarissima methodus sequens est: ℥ii crudi p. v, salis culinaris p. iv. & alkali tartari p. i. simul fundantur. Massa fusa, frigefacta & a scoriis separata terendo in pulverem mutetur, qui aqua calida ablutus ficcatur, iterumque in subtilissimum pulverem teritur. Hoc præparatum colorem ex fusco rubrum exhibens, perperam vocatur regulus, qui vires fere habet ℥ii crudi, ita tamen ut hōc paulo sit efficacior; exigua enim portio alkali, sub fusione cum sulphure & regulo hepar ℥ii efficiens, parum sulphuris, facta nempe ablutione, detrahit, acidi salis culinaris pars non nihil reguli sub forma butyri ℥ii ficcioris aut florum volatilizat; maxima autem salis culinaris pars scoriam super nostra format massa, adeoque a nonnullis omittitur. Varii præterea propositi sunt processus, alii enim loco alkali adhibuerunt vel tartarum crudum g), vel tartarum

g) Alii ex spumæ (rectius sedimenti incrustati) Thermarum Carolinarum p. i, ℥ii crudi p. v. per fluxionem lentam,



rum vitriolatum, vel nitrum, quorum salium prius sub fusione in alkali mutatum hepar  $\zeta$ ii format, alterius vero acidum cum phlogisto reguli sulphur: acidum autem nitrosum primum sub detonatione portionem sulphuris  $\zeta$ ii arripiens cum illo avolat, deinde alkali nitri a suo acido liberum, quantum per quantitatem licet, cum sulphure  $\zeta$ ii hepar sulphuris constituit, quod substantiam regulinam ex parte solvit. Patet adeoque, quamdiu una tantum pars hujus vel illius salis ad quinque partes  $\zeta$ ii fumatur, parum interesse, quonam horum utamur; salium vero portione adaucta, actionis alkali & nitri non una eademque ratio est. Sunt & qui regulum medicinale per synthesein parant, adjiciendo nempe croco metallorum, aut vitro  $\zeta$ ii sulphur commune; potest quidem hac via acquiri medicamen a regulo medicinali parum diversum, ratione nempe habita ingredientium justæ proportionis: ast cui bono? Sunt etiam, qui regulum medicinale per fusionem sulphuris  $\zeta$ ii aurati parari jubent; hoc autem fufum a regulo medicinali strictè dicto & indole & viribus differre, quis non videt? in sulphure enim aurato pars sulphurea prævalet, hujusque pars regulina mutationem majorem subiit, quam

D 2

in

lentam, ut ebullitio nimia impediatur, idem medicamen pararunt, huicque præparato ob particulas subtilissimas ferreas, sali Thermarum inclusas, mirificam tribuerunt efficaciam; ferri vero admixtio per chemicas operationes magis determinato & certiori modo fieri potest.



in regulo medicinali fieri solet. Experimento rem illustrabo: ex  $\text{§ii}$  crudi & vitri  $\text{§ii}$  p. æ. per fusionem cum paucis alkali paravi regulum medicinale, ab illo, methodo antiquissima parato, fere nihil diversum: nec mirum; nam vitrum  $\text{§ii}$ , non solum sulphuris, verum & maxima parte phlogisti orbatum, si  $\text{§io}$  crudo adjeceris, idem evenit, ac si de hoc aliquam sulphuris portionem detraxeris, ejusque regulum pro parte in calcem mutaveris.

3. CROCUS ANTIMONII MITIOR *h*) paratur ex  $\text{§ii}$  crudi p. 11, nitri p. 1. mixta simul fundantur, massa fusaedulcoretur. Hoc præparatum regulo medicinali acrius est, & croco metallorum mitius.

4. PANACEA ANTIMONII *i*) paratur, uti antecedens, ex  $\text{§ii}$  crudi p. 11, nitri p. 1, salis culinaris p. 1.  $\beta$ , pulveris carbonum p. 1. Edulcoratum præcedente paulo acrius est, & croco metallorum mitius. Omnia hæc præparata sunt medicamenta varii gradus medii inter  $\text{§}$  crudum & crocum metallorum; cujusmodi autem varietates praxis medica vix exposcit.

5. CROCUS ANTIMONII *f*. METALLORUM, *anodynum minerale, terra sancta Rulandi*. Hepar  $\text{§ii}$ , five per fusionem  $\text{§ii}$  cum alkali, five per detonationem  
cum

*h*) Vide new Lond. dispensatory.

*i*) loco citato.



cum æquali portione nitri paratum *k*) sufficiente quantitate aquæ fervidæ solvitur, solutio adhuc calida colatur, residuum denique ablutum pulverem sistit colore spadiceo præditum. Ob colorem *crocus* vocatur, qui cognomen *metallorum* sortitus est, quod veteres stibium pro matre veluti omnium metallorum haberint. *Croci metallorum*, qui a *Rulando*, *Brendelio*, *Denzelio* nomen habent, nihil a priori differunt, nisi salium adjectorum copia iusto major fuerit, uti nec *crocus metallorum absynthiacus Mynsichti*; sal enim absynthii non alia virtute in stibium agit, quam alkali. Quid autem sit *crocus metallorum*, paulo accuratius examinemus. Hepatis  $\text{℥ii}$  indolem notam ponimus, hujus massa calida, aquæ fervidæ injecta, partim solvitur, ob hepar sulphuris in aqua solubile, secumque vehente regulini quid, ut lotiones ejusmodi hepatis monstrant; namque successu temporis ex illis sponte secedit pulvis colore ex rubro spadiceus, qui

D 3

Ker-

- k*) Hæc in præparando hepate  $\text{℥ii}$  differentia in causa quoque est, cur nonnihil discriminis inter crocos metallorum intercedat. Sic croco metallorum, post elutionem hepatis  $\text{℥ii}$  per detonationem cum nitro parati, superstiti, testibus *Scheele* & *Wiegley*, portiuncula arcani duplicati semper adhæret, ablutione quantumvis optime instituta. Est & ejusmodi *crocus*, teste *Meudero*, lenioris efficaciam, idque procul dubio ob eandem causam; nam proportio sulphuris hujus croci ad regulinas partes certe minor est illa, quæ in croco ex hepate  $\text{℥ii}$  cum alkali fuso obtinet.



Kermes minerale audit, postea, adhibito acido, alius præcipitatur pulvis, altiori colore præditus, nempe sulphur  $\text{℥ii}$  auratum; pars reliqua massæ hepaticæ insolabilis & in filtro remanens est species quidem Kermes mineralis, cujus partes regulinæ nonnihil phlogistii & sulphuris continent; posterioris indicia præbet aër hepaticus, exinde sub affusione acidî salis oriens, & croci metallorum ulterior cum nova additione nitri detonatio; minorem tamen sulphuris portionem continet, quam Kermes minerale, quia sulphur sub lotionem a croco separatur, verum in præparatione Kermes mineralis sulphur cum particulis regulinis spontanea secessione fundum petit. Ex hisce adeoque liquet, quantum crocus metallorum a Chermes minerali discrepet, simulque perspicitur, quam longe a veritate aberrarint, & qui illum pro hepate  $\text{℥ii}$ , ablutione partibus salinis orbato habuerint, & qui meram  $\text{℥ii}$  calcem esse dixerint.

6. KERMES S. CHERMES MINERALE, *sulphur ℥ii rubrum, Pulvis Carthusianorum.* Primam hujus pulveris formulam dedit chirurgus nomine la *Ligerie* 1) quam

- 1) Hic formulam accepit a Monacho quodam Carthusiano, nomine *Simon*, qui primum hanc a B. V. mutuavit, & dein cum suis fratribus hujus pulveris virtutem in se & aliis exploravit, inque proprio celebravit tractatu, cujus versio in linguam Franco-Gallicam inscripta est: Usage de la veritable poudre Alkermes, ou



quam post illum fufius explicavit *Gaubius*. Methodus antiquior hæc eft: ℥ii crudi ruditer pulverifati p. iv. coquuntur per horas quatuor cum liquoris nitri fixi p. i. & aquæ communis p. viii. Absoluta coctione lixivium fervidum filtratur & reponitur, ut ex eo refrigerato pulvis fe fe præcipitet coloris obscure rubri. Refiduum ℥ iterum cum eadem liquoris nitri fixi & aquæ communis quantitate coquitur, & ex filtrato & frigeſaſto liquore ſponte rurfus ſecernitur Kermes minerale. Idem proceſſus tertia vice repetitur, omniaque tria præcipitata mixta optime cum aqua edulcorantur, & dein exſiccantur; tandem ſpiritus vini ſemel vel bis pulveri ſuperfuſus deſlagratur. Hæc methodus id incommodi habet, quod coctio ob exiguam alkali proportionem ad ſtibium ſæpius reiteranda fit; hinc recentiores, falis alkalini copia aucta, per unicam potius, quam per plures coctiones Kermes minerale parare ſuadent, & deſlagrationem ſpiritus vini nullius uſus omittunt. Proportio maxime idonea eſt, ſi ℥ii crudi p. i, falis alkali depurati p. iv. aquæ communis p. xvi. ſimul coquuntur. Alii lixivium cauſticum adhibendum eſſe volunt, quod procul dubio præſtat, ſi modo probe caveatur, ne id calce inquinatum fit. Alii loco lixivii alkalini uſu ſunt calce viva, de qua *Saunders m)*: „Ope cal-

D 4

cis

ou aurifique mineral, dite Vulgairement Poudre des Chartreux. Paris 1719.

m) Obſervat. de ℥io p. 56.



cis vivæ Kermes minerale omnino simile illi, quod ab aliis alkalinis, sed minori copiâ, obtinetur.“ Rectius ille, pro „*omnino simile illi*,“ dixisset impurum; ejusmodi enim decoctio, spontaneæ præcipitationis gratia reposita, per attractionem aëris fixi ex aëre atmosphærico obducitur cuticula, quæ re vera est calx cruda, quæque una cum particulis regulino-sulphureis & reliqua calce soluta fundum petit. Usus adeoque Kermes mineralis, quod auxilio aquæ calcis vivæ obtinetur, omnino rejiciendus est. Utrum autem lixivium alkalinum factum sit e sale tartari extemporaneo, an ex alio sale alkalino fixo, dummodo puro, nihil refert. In genere in præparando Kermes minerali non opus est determinata proportionem ingredientium *n*); totius enim processus cardo in eo vertitur, ut ꝑ pulverisatum cum lixivio alkalino, inprimis caustico, tamdiu coquatur, donec id ꝑnialibus satis superque saturum sit (saturatio patet ex pulvere rubescente liquori innatante) quo facto, lixivium, vel rectius hepar sulphuris liquidum, partem reguli solutam continens, ab igne remotum statim & adhuc fervidum filtratur, vel potius caute decantatur cum pulvere innatante. Li-  
quor

*n*) Qua si necessario opus esset, sequitur quoque ut proportionem sulphuris, quod ꝑio inest, adamussim notemus; hæc autem, quemadmodum alibi diximus, incerta est, nisi in stibio regenerato, quod tam hanc ob causam, quam ob puritatem in præparando sulphure aurato commendavit amplissimus Præses. CRELL *chem. annal.* I. B. I. St. 1784. p. 39.



quor decantatus ad cryſtalliſationem tartari vitriolati, in alkali forte deliteſcentis præcavendam, duplo pondere aquæ fervidæ angetur; lixivium hoc dilutum & pene frigefactum decantatur a pulvere in fundo remanente, huic iterum aqua calida affunditur, ſimularque pulvis fundum petierit, decantatio rurfus inſtituitur. Tali modo præparatum Kermes minerale, ſi iterum edulcoratum fuerit, minori quidem obtinetur copia, ſed purius eſt, & tum a ſalibus mediis, tum ab alkali quam maxime immune, adeoque ejus in medicina uſus efficaciior & certior. Cl. *Bergmann* reperit in Kermes mineralis p. 100 deliteſcere reguli p. 52, & ſulphuris p. 48: at cl. *Geoffroy* in Kermes mineralis p. 100 invenit reguli p. 24, ſulphuris p. 57, & alkali p. 19. Hæc autem differentia partium hujus præparati conſtitutarum procul dubio vel ex errore calculi, vel potius diverſæ præparationis & ſeparationis modo reſultat. Quantitas alkali admixti, non autem alteratio ſulphuris procul dubio in cauſſa fuit, cur cl. *Geoffroy* cinnabarim, poſt admixtum mercurium, inde ſublimare nequiverit, niſi addito vitrioli acido.

7. KERMES MINERALE *Bergmanni*. ꝯii diaphoretici eloti & ſulphuris communis p. æ. mixtæ leni calore caute funduntur. Num hæc ſpecies eadem ſubſtitate, qua præcedens, gaudeat, valde eſt dubium.

8. SULPHUR ANTIMONII FIXUM *Stabelii* o) præ-

D 5

para-

o) Chem. dogmat. p. 315.



paratur per solutionem eodem modo ac Kermes minerale, nisi quod loco  $\text{g}^{\text{ii}}$  crudi fumatur regulus medicinalis, & pro liquore nitri fixi adhibeatur alkali fixum, ope calcis vivæ acido aëreo orbatum. Pulvis rite ablutus & ficcatus a Kermes minerali nihil differt; liquet autem e regulo medicinali minorem illius acquiri copiam, quam si  $\text{g}^{\text{io}}$  crudo usus fueris. Ratio ex illis, quæ sub sectione reguli medicinalis dicta sunt, manifesta est.

9. SULPHUR ANTIMONII *Hoffmanni p*). E regulo medicinali & alkali fixo paratur lixivium hepatis, ex quo ope aquæ calcis vivæ loco acidi cujusdam fit præcipitatio. Hoc sulphur cl. *Hoffmann* sulphure aurato communi fixius & virtutis lenioris esse perhibet. Per fixitatem auctor procul dubio difficiliorem ejus solubilitatem intelligit, cujus, uti & virtutis lenioris ratio facile exinde colligitur, quod pulvis noster, quem Kermes minerale impurum voco, sub spontanea præcipitatione secum vehat particulas calcareas, easque in crudas, ut vocant, ab aëris accessu mutatas; nam e lotionne  $\text{g}^{\text{ii}}$  hepatica frigefacta, absoluto nimirum pulveris spontaneo secessu, ope quidem acidi cujusdam, non autem beneficio aquæ calcis vivæ ulteriorem fieri præcipitationem, experimentis constat.

10. FLORES ANTIMONII CRUDI per se. Ad hos obtinendos  $\text{g}$  crudum ex cucurbita, cui superimponitur



tur alembicus l. a. sublimatur. Ejusmodi flores tum ob variam proportionem sulphuris, cujus plus minus sub sublimatione deflagrat, ad regulum, tum ob majorem minoremque mutationem vel jacturam regulini phlogisti, quo in hoc processu orbatur stibium, colore & virtute quam maxime inter se discrepant; hinc nulla ratione habita emendationum, quas commendarunt antiqui, eorum usus jam dudum merito reje-ctus est.

II. SULPHUR ANTIMONII EX MINERA, *vel ex g<sup>o</sup> crudo*. Sub hoc intellexerunt vetustioris ævi chemici, ut Basilus Valentinus, Quercetanus, Keslerus, Hartmannus & alii, modo Kermes minerale, modo sulphur auratum, utrumque autem jam ex minera g<sup>o</sup>ii, jam ex g<sup>o</sup>io crudo via sicca, ut vocant, & humida simul, vel tantum via humida paratum. Nec in præparando sulphure aurato via humida ab hodiernis chemicis multum aberrarunt; adhibuerunt enim lixivium, modo ex alkali vegetabili solo, cui interdum adjece-runt alkali minerale, modo ex alkali vegetabili caustico, quin & nonnulli mineræ vel g<sup>o</sup>io crudo adiderunt sulphur commune, & ad præcipitationem plerumque usi sunt aceto. Hinc, si paulo accuratius rem tractas-sent atque explicassent, & nisi mineræ g<sup>o</sup>ii virtu-tem mirificam inesse credidissent, venerandam anti-quitatem nihil sane neglexisse video, quod circa hæc-ce præparata nostra emendaverit ætas.



12. ANTIMONIUM DIAPHORETICUM TARTARISATUM.  $\text{℥}$  crudum & sal tartari æquali proportione mixta funduntur, massa e crucibulo desumpta loco humido deliquescenti ergo reponitur, e liquore dein obtento ope acidi vitrioli diluti præcipitatur pulvis edulcorandus.  $\text{℥}$  diaph. tartarifatam impropria est hujus præparati denominatio; nam illud nulla ratione differt a sulphure aurato. De spontanea liquefactione massæ hepaticæ nil loquar, cum omnibus constat, hujus cum aqua coctionem esse præferendam.

13. PANACEA GLAUBERIANA <sup>r)</sup> alias CONERDINGIANA. E lixivio hepatis  $\text{℥}$ ii vel scoriarum reguli simplicis cum solutione cremoris tartari loco acidi cujusdam instituitur præcipitatio. Præcipitatum hocce edulcoratum & ficcatum panaceam nuncupavit *Glauberus*; est autem sulphur  $\text{℥}$ ii auratum; acidum enim præcipitans præcipitati indolem heic ipsius sulphuris  $\text{℥}$ ii nequaquam mutat, nisi, quatenus tartari tartarifati portiuncula præcipitato forsan adhæreat; maxima enim ejus portio sub edulcoratione certe abluatur.

14. SULPHUR ANTIMONII AURATUM, f. *præcipitatum* in genere ex quovis hepate  $\text{℥}$ iali, uti etiam ex scoriis reguli  $\text{℥}$ ii simplicis, nec non e residuo tincturæ  $\text{℥}$ ii tartarifatæ obtinere licet, parato nempe ex illis  
lix-

<sup>r)</sup> *Menderi* analys.  $\text{℥}$ ii p. 69. & *Hagen* Lehrbuch der Apokunst §. 577.



lixivio, ex quo ope acidi ejusdam, ut aceti, vel etiam acidi vitrioli diluti præcipitatur pulvis; hæc autem præcipitatio non unica, sed tribus utplurimum vicibus instituitur; pulvis tertia vice præcipitatus, colore altiori aurantio præditus, probe elotus caute ficcatur. Hæc methodus chemiæ peritis manca esse videtur, nec immerito. Ratio enim, cur tertia vice præcipitatum sulphur tantum a practicis medicis præscribatur, sola quærenda est in sulphuris tertiæ præcipitationis majori copiâ ad partes regulinas, unde ejusmodi sulphuris præ sulphure 2da aut 1ma vice præcipitato efficacia lenior. At vix & ne vix quidem in singulis hisce præcipitationibus, utcunque accurate institutis, ratio sulphuris ad regulum una eademque semper esse potest, ob majorem minoremque copiam pulveris, qui hæc vel illa vice præcipitatur. Hinc, uti jam diximus, recentiores chemici methodum præparandi sulphur  $\text{§ii}$  præcipitatum sequentibus modis emendare conati sunt. Nonnulli enim unicam præcipitationem suadent; alii pulverem diversis vicibus præcipitatum in unum miscent; at tum iste pulvis virtutis efficacioris est, quam ille tertia vice præcipitatus. Hinc *Hirschingius* s), *Wieglebicus* t) & alii u) ex  $\text{§io}$  crudo cum determinata

s)  $\text{§ii}$  crudi p. i. sulphuris comm. p. ii, ciner. clavellatorum depurat. p. iv. mixta funduntur.

t)  $\text{§ii}$  crudi p. i, sulphuris p.  $\beta$ . cin. clavell. p. iii.

u) Pharmacopoea Stralsund. 1778 præscripsit  $\text{§ii}$  crudi & sulphuris ana partem i, cin. clavell. p. ii.



minata proportione sulphuris communis & alkali tartari per fusionem pararunt hepar §ii, quod dein per coctionem in aqua solverunt & omne, quod præcipitari potest, una vice ope acidi vitrioli diluti præcipitarunt. Per fusionem vero quædam pars sulphuris in aërem dispergi potest, adeoque ratio sulphuris ad regulum incerta redditur. Ad hanc jacturam sulphuris præcavendam hodie plerique, & *Wiegleybius* ipse, illorum sequuntur sententiam, qui sulphur §ii per coctionem cum lixivio caustico parari suadent. Hanc methodum commendarunt *Wallerius*, *Baumé*, *Lemery* v) & accuratissime tandem *Göttlingius* x), qui §ii crudi partes ii. cum sulphuris communis partib. iii. exactissime in pulverem miscuit, hujus pulveris unc. iv. β. coquuntur in mensuris tribus lixivii caustici, ex alkali vegetabilis depurati unc. xii. & calcis vivæ unc. xvi. parati. Absoluta coctione lixivium §iale hepaticum filtratur; liquor filtratus cum sufficiente aquæ copia diluitur & ope spiritus vitrioli omne sulphur, partes regulinas secum vehens, una vice ex eo præcipitatur, quod rite elotum & caute exsiccatum pondus unciarum iv. æquare solet. In hoc præcipitato ratio sulphuris ad regulum, teste *Bergmanno*, est uti 75 ad 25.

b. Com-

v) Hi usu sunt lixivio caustico saponariorum absque additamento sulphuris.

x) *CRELLS neue Entdeckung. in der Chemie T. II. p. 14. seqq.*



b. *Composita.*

1. HEPAR ANTIMONII, *f. hepar sulphuris antimoniale* obtinetur, si ℥ii crudi & nitri p. æ. mixtæ carbone accendantur. In hoc processu nitrum sub detonatione partim cum sulphure ℥ii deflagrat, partim in alkali mutatum cum reliquo sulphure hepar sulphuris efficit, quod partes regulinas solvere valet, oriturque simul portiuncula salis polychresti *Glaferi* ex acido sulphuris & alkali nitri. Partes itaque ejusmodi hepatis ℥ii sunt sulphur, (in minori tamen proportionem, quam inerat ℥io crudo) alkali vegetabile, & partes regulinæ quodammodo reclusæ & phlogisti parte orbatae, nec non sal polychrestum *Glaferi*. Si vero, ut nonnulli faciunt, sumferis ℥ii crudi & alkali vegetabilis fixi p. æ., hancque miscelam fuderis, nulla oritur detonatio, adeoque minor fit sulphuris jactura; hinc ejusmodi hepar ℥ii indole & viribus proxime accedit ad ℥ crudum, quo tamen paulo fortius est, ob indolem reguli, ope hepatis sulphuris mutatam; mitius autem est hepate ℥ii per nitrum parato.

2. LIQUOR ANTIMONII *per deliquium f. balsamus* ℥ii *ex scoris* obtinetur, si scorix reguli ℥ii simplicis (nimirum per nitrum & tartarum parati) aëri ad deliquescendum exponantur. Liquor iste est solutio hepatis sulphuris gialis.



3. **SULPHUR ANTIMONII DIAPHORETICUM** *Schroederi*. Scorix reguli  $\text{℥ij}$  martialis loco humido ad deliquesendum reponuntur, liquefactæ cum aqua coquantur, & dein solutione alkali fixi fit præcipitatio. Præcipitatum est sulphur  $\text{℥ij}$  martiale, & cum præparato hujus nominis convenit, nisi quod particulæ ferreæ in hoc subtiliores esse videantur. Præcipitatio autem solutionis alkalinx per alkali antiquum fane olet chemiæ studium.

4. **SULPHUR ANTIMONII MARTIALE**. Ex lixivio hepatis  $\text{℥ij}$  loco acidi cujusdam fit præcipitatio per solutionem vitrioli martis. Præcipitatum est sulphur  $\text{℥ij}$  auratum martiale, colore nigrescente præditum; nam acidum vitrioli (quod solutioni vitrioli martis inest) cum alkali lixivii hepatis copulam init, adeoque pars regulina cum sulphure fundum petit, secumque vehit Martem, nemine, cui nubatur, relicto.

5. **FLORES SALIS AMMONIACI ANTIMONIALES**, *flores stibii Helmontii*, s. *flores ℥ij compositi*, sub his intelliguntur flores ex  $\text{℥ij}$  crudi & salis ammoniaci p. æ. sublimati. Hi flores nondum edulcorati procul dubio sunt virtutis admodum drasticæ, cum partes regulinæ ope solis ammoniaci reclusæ sint, & parte phlogisti privatæ; præterea pars aliqua sulphuris sublimatione avolat: iidem flores aqua eloti, teste *Meudero*, sistunt *Tincturam ℥ij siccam Grammanni*, de qua nullum judicium feram, cum ejus natura mihi nondum satis liquet.

6. **FLO-**



6. FLORES ANTIMONII VITRIOLATI, f. *nobilis antidotus Lysipyretos*, f. *febrifugum certissimum*. Florum ℥ii cum sale ammoniaco sublimatorum p. iv, sulphuris communis p. ii, colcotharis vitrioli p. xii. simul sublimentur. Hi flores ob majorem sulphuris portionem præcedentibus mitiores sunt, simulque virtuti Martis nupti.

7. PULVIS ALTERANS PLUMERI. Sulphuris ℥ii aurati & Mercurii dulcis p. æ. terantur usque dum fiat pulvis subtilissimus. Huc quoque pertinent *Pilulæ alterantes ejusdem*, *Pilulæ mercuriales Piederit*, multaque alia ex sulphure ℥ii aurato & Mercurio dulci conflata remedia, de quibus practicos monitos esse velim, ne hæc diu in officinis servata ægrotis propinent; ejusmodi enim præparata, ut experientia docet, successu temporis vim drastice acquirunt, cujus ratio ex acidifalis actione in partes regulinas deducenda esse videtur.

## CLASSIS QUARTA.

### PSEUDOSTIBIATA.

Dicuntur præparata diversæ indolis ab ℥io nomen fortita, ad quæ obtinenda adhibitum quidem fuit ℥, cujus tamen vel nihil præparatum ingreditur, vel saltem adeo exigua ejus portiuncula, ut inde nulla salutaris actio in corpus humanum expectari possit. In hu-



jus classis distributione ordinem alphabeticum sequamur, quo facilius lectores desiderata inveniant; cujus vero sint naturæ, si id non sponte liquet, ad finem singulorum adjicietur.

I. ACETUM ANTIMONII B. V. sub hoc antiqui intellexerunt liquorem e minera  $\zeta$ ii sine ullo additamento per destillationem s. a. elicatum. Ignis nihil aliud ex  $\zeta$ io expellere potest, quam spiritum sulphuris, id est, acidum vitrioli volatile.

2. ANTIDOTUS SOAEPHILOS *Quercetani*. Floribus  $\zeta$ ii compositis atque edulcoratis superfunde acetum destillatum, quod, digestionem peracta, abstrahitur & inspissatur, dein ex inspissato ope aquæ vitæ coralliorum tincturam extrahe, quæ denique igni fortiori ex retorta iterum iterumque abstrahenda est, donec instar olei rubicundi prodeat. *Schroederus, Basilii Valentini* comentator, putat: aquam vitæ coralliorum esse spiritum vini in coralliis regeneratum, huncque obtineri dicit, si corallia aceto vini solvantur, & dein ex retorta destillentur. Ipsum distillatum est spiritus vini partes oleosas e coralliis præparatis extractas continens.

3. AQUA ANTIEPILEPTICA *Quercetani*. Ex croco metallorum cum micis panis per se destilletur spiritus, qui non alius esse potest, quam spiritus panis acidulus empyreumaticus, antimonialis nihil secum elevare valens.

4. AQUA



4. AQUA OPHTHALMICA ANTIMONIALIS. Ad hanc parandam crocus metallorum aqua destillata infundatur. Crocus vero metallorum ab aqua pura non solvitur, sed trituratione subtili aliquatenus per eam diffundi potest.

5. AQUA STIMMI SULPHUREA, f. *Clyffus* ℥ii. ℥ii crudi, nitri & sulphuris p. æ. misce & in retortam tubulatam ignitam sensim injice, spiritumque in recipiente, cui aqua inest, excipe. Prodit inde *Clyffus* sulphuris, scilicet mixtura spiritus nitri dilutissimi & spiritus sulphuris, aut vitrioli volatilis.

6. AQUA STIMMI TARTAREA, paratur ex ℥ii crudi, tartari crudi & salis communis partibus æq. eodem modo ac *Clyffus* ℥ii. Nihil aliud inde prodit, quam spiritus tartari, nisi sal commune inquinatum fuerit calce salita, tum quidem portiuncula butyri ℥ii obtinebitur.

7. BALSAMUS ANTIMONII SENNERTI. ℥ii crudi lib. ii, alkali vegetabilis fixi lib. ℞. nitri unc. iv. misce, dein igni forti ut fluant cura, post fluxionem effunde in tabulam lapideam. Huic massæ pulverisatæ admisce calcis vivæ unc. iii, eandemque, spiritu terebinthinæ ad eminentiam quatuor digitorum affuso, digere donec liquor rubro tingatur colore; postea adde filices contusos ad spissitudinem mellis & destilla; quamprimum autem guttæ flavæ apparent, muta reci-



piensem, & auge ignem, sic exstillabit oleum rubrum. Est oleum terebinthinæ empyreumaticum; destillatio autem incongrua est: sola digestio cum spiritu terebinthinæ, absque pulvere filicum sufficit ad sulphur hepatis ꝑii solvendum & in saponem stibio-terebinthinatum redigendum.

8. BALSAMUS, f. TINCTURA REGULI ANTIMONII *Schroederi*. Pulvis ꝑii q. v. cum spiritus terebinthinæ f. q. digeritur & abstrahitur, dein affunditur spiritus vini & extrahitur tinctura. Huic nullæ particulæ inesse possunt.

9. BALSAMUS SULPHURIS ANTIMONII *Zwoelferi*. Sulphuris e cinnabari ꝑii, & salis tartari p. æ. misce & funde, dein cum oleo terebinthinæ ad solutionem digere. A balsamo sulphuris terebinthinato in eo tantum differt, quod loco sulphuris communis nostro præparato insit hepar sulphuris.

10. BALSAMUS VITÆ *Basilii*. ꝑio crudo pulverifato affunde acetum destillatum, digere, extrahe & cola; residuo denique, ad siccitatem abstracto, affunde spiritum vini, iterumque abstrahere, ut obtineatur tinctura. Vires in aceto & residuo, non in hac tinctura quærendæ sunt.

11. CINNABARIS ANTIMONII, *sulphur minerale, Bezoar rubrum, ꝑ rubrum sudoriferum, Butyri ꝑii parer-*



*parergon*, f. *Flores* ꝯii, obtinetur per sublimationem e residuo, post destillationem butyri ꝯii, si nimirum illud præparatur ex ꝯii p. i. & mercurii sublimati corrosivi p. ii. Hæc autem cinnabaris, per iteratam sublimationem ab acido salis aliisque sordibus purgata, nihil reguli continet, & a cinnabari artificiali e mercurio & sulphure vulgari nullatenus differt. Sulphur enim in antimonio est sulphur commune. Hinc vires hujus cinnabaris a viribus cinnabaris vulgaris differre nequeunt.

12. INFUSIO ANTIMONII CRUDI. ꝯii crudi pulverisati unc. β. cum aquæ destillatæ vel vini unc. iiii. per nycthemeron digeritur. Virtutes ꝯii ope aquæ extrahere idem est atque æthiopem lavare: Vinum autem, digestionem diutius protracta, levem emesin in sensibilibus excitabit subjectis.

13. INFUSIO CROCI METALLORUM f. *Aqua benedicta Quercetani*. Croci metallorum uncia i. infunde aquæ cardui benedicti lib. ii, aquæ cinnamomi unc. β. macera per triduum & liquorem transcola. Nullius frugis est hæcce infusio, nisi aquæ adhibitæ vinosæ fuerint.

14. LIQUOR E SALE VITRI ANTIMONII. Vitrum ꝯii tritum ovorum albumini, ad durietiem cocto, aut rapis excavatis inclusum in cella deliquescenti gratia reponitur. Absurdum sane conamen; nam li-



quor non tam e vitro ꝑii, quam ex albumine vel rapis proveniet.

15. MANNA ANTIMONII cum tinctura ex ꝑio erudo, de qua suo loco, convenit.

16. OLEUM ANTIMONII COMPOSITUM B. V. ꝑii crudi, sulphuris communis ana p. ii, salis ammoniaci p. i, calcis vivæ p. iv. seorsim pulverisata misce & in retortamingere, ex qua primum leni, dein fortiori igne destillatur oleum. Est sulphur in alkali volatili solutum, quod parum aut nihil a *spiritu fumante Beguini* differt.

17. OLEUM ANTIMONII FEBRIFUGUM ET ANTI-  
PLEURITICUM. Regulus ꝑii per se calcinatus in acido vitrioli (quoad fieri potest) solvitur, solutio filtrata inspissatur, & ope spiritus vini inde destillatur oleum, per ignorantiam ita nuncupatum. Si loco abstractionis tantum institueretur extractio, ut veterum nonnullis placuit, tinctura prodiret acido-spirituosa; destillatus vero liquor est spiritus vitrioli dulcis.

18. OLEUM S. LIQUOR ANTIMONII MELLITUS. ꝑii crudi lib. i, mellis optimi lib. iii. bulliant simul, moveanturque spatula, usque dum substantia aquosa mellis evaporaverit, & remanserit materia quædam nigra, hanc destilla gradatim recipiendo liquorem in excipulo amplo. Liquor prodiens, quo antiqui usi sunt ad  
ulcera



ulcera fordida mundificanda, est acidulato empyreumaticus, ne quidem ipsi melli virtute æquiparandus.

19. OLEUM ANIMONII SACCHARATUM *B. V.* Vitro  $\text{℥ii}$  affunde succum uvarum immaturarum, digere per aliquot dies, deinde succo ad ficcitatem abstracto admisce sacchari p. æ. cum modico aceti, destilla per retortam gradatim, tandem igne fortissimo, ut prodeat oleum rubicundum, cum spiritu vini exaltandum. Nihil aliud est quam liquor spirituofo & saccharato empyreumaticus: si vero succus uvarum, digestionem peracta, non abstraheretur, sed solummodo decantatus cum saccharo misceretur, liquor foret saccharato-acidulatus, vi emetica gaudens.

20. ALIUD EX ANTIMONIO CRUDO *B. V.*  $\text{℥}$  crudum & saccharum miscentur & per se distillantur. Liquor prodiens est spiritus sacchari impurus.

21. OLEUM ANTIMONII SACCHARATUM *Beguini* ex iisdem, ac præcedens, præparatur ingredientibus, superaddito alumine usto, quo acidum sacchari facilius expellatur.

22. OLEUM ANTIMONII SACCHARATUM *Fausii*. Croci metallorum, sacchari ana p. ix, acidi vitrioli diluti p. ii, spiritus vini p. β. misceantur & per hebdomadam digesta igni forti ex retorta destillantur. Spiritus elicited est saccharato-acidulatus.



23. OLEUM ANTIMONII SACCHARATUM *Sennerti*.  
 ℥ii crudi p. viii, sulphuris p. i. misce & deflagrato  
 sulphure funde; massam fusam cum aceto destillato  
 extrahe, remanentiæ dein partibus iii. adde sacchari  
 p. i, & spiritus vini p. ii; omnia denique destillationi  
 subijce, & liquorem destillatum ad quartam circiter  
 partem evapora. Si in fine non nimius adhibeatur  
 ignis, spiritus vini exigua portione e residuo extracta  
 maritatus prodibit: jam vero liquor elicitus est saccha-  
 rato-empyreumaticus.

24. OLEUM ANTIMONII SACCHARATUM *Querceta-  
 ni* f. *Antidotus Panæretos*. E minera ℥ii & saccharo  
 f. a. paratur syrupus, igni dein forti ex retorta destil-  
 landus. Prodit spiritus sacchari & denique oleum ejus  
 empyreumaticum, nonnihil sulphuris secum evehens.

25. RUBINUS ANTIMONII MERCURIALIS *Clodii*.  
 Stibii & tartari crudi p. æ. funduntur, ut fiat hepar  
 ℥ii, hujus massæ p. ii. cum mercurii vivi p. i. & acidi  
 vitrioli concentrati p. ii. mixtæ leni calore ad siccita-  
 tem digeruntur. Deinde ope alcohol vini extrahe tin-  
 cturam y), quæ decantata ad mellis consistentiam in-  
 spissatur. Sic, dicit auctor, habebis materiam, quæ  
 frigori exposita indurefcit in lapidem instar Rubini.

26. SA-

y) Est tinctura alkalina; in residuo autem remanet tur-  
 pethum minerale cum parte regulino-sulphureâ.



26. SAPO CHEMICUS z) f. *Tinctura alkalina Veneris & ꝑii juniperina Dippelii.* E cupri p. i, ꝑii crudi p. ii. & alkali vegetabilis fixi p. iv. fusione paratur hepar adhuc calidum terendum, huic calido superfunde 3 partes olei juniperini, illudque trituratione diuturna hepati bene incorporetur: tum adde p. 20 spiritus vini rectificatissimi & miscelam digestionem per 8 dies committe, deinde tinctura decantetur. Residuo denovo affundatur spiritus, iterumque decantetur tinctura, hæc cohobatio tamdiu repetenda est, quamdiu spiritus peregrino tingatur colore. De mixtis hisce tincturis superfluous abstrahatur spiritus, donec saturatissimus restet liquor, cui addatur balsamus peruvianus pro usu interno, vel sapo venetianus pro usu externo. Huic præparato nullæ insunt particule regulinæ, nisi spiritum adhibueris peraquosum (ut in præparando sulphure ꝑii liquido) at tum simul aderunt particule cupreæ, quibus illud redditur noxium.

27. SAL EMETICO-CATHARTICUM *Meuderi a).* Ex hepate ꝑii, per fusionem ex anatica portione salis tartari & ꝑii parato, post secessionem Kermes mineralis ope aceti destillati obtinetur sal colore albo, qui etiamsi aëri expositus deliquescat, nulla tamen, ipso

E 5

auctore

z) Conf. vitæ anim. morb. & med. auctore Chr. Democrito. Lugd. Batav. 1711 p. 93.

a) l. c. p. 42.



auctore fatente, indicia alkalinae naturae monstrat: nec mirum; nam hicce sal est terra foliata tartari, & convenit cum *Terra foliata tartari* *giata Lehmanni b)*, quae obtinetur, si lixivium, post sulphuris  $\text{gii}$  aurati praecipitationem per acetum remanens, evaporetur.

28. SPIRITUS REGULI ANTIMONII. Per sublimationes repetitas regulus  $\text{gii}$  ex opinione veterum fixior reddendus est; quo facto in loco humido ad deliquescendum reponitur: deliquium destillationi subjicitur, ut obtineatur spiritus. Est operatio in musæo a chemiae imperito concepta, in praxi nullum promittens successum.

29. SULPHUR ANTIMONII AURATUM LIQUIDUM s. *Tinctura saponata Jacobi c)*. Hæc tinctura maxime convenit cum *Tinctura saponata Schultzei d)*. Hic saponem venet. in lixivio caustico solvit, & solutionem ad ficcitatem evaporavit: hujus massæ uncias ii. solvit in lib. i. alcohol vini, cum hac tandem solutione e scoriis reguli martialis simplicis extraxit tincturam,

b) Vide apud cl. Hagen l. c. §. 557.

c) Christianus Jacobus primus hujus tincturae mentionem fecit in Act. Acad. Elect. Mogunt. 1757. Conf. & Joh. E. Theoph. Guericke dissertationem, Erfordiae 1776.

d) Vide ejus prælectiones in dispensatorium Brandenb. edit. 2da. Norimb. 1753 p. 634.



ram, quæ ab illa Jacobiana non indole, sed methodo præparandi parum differt; *Jacobus* enim e scoriis jam nominatis cum alkali paravit lixivium forte, illudque cum olei amygdalarum s. q. ad consistentiam saponis coxit: huic massæ affudit tincturæ ℥ii aeris p. iii. vel iv, & digestionem peracta, extraxit tincturam. Ille autem *Jacobus* in scriptis suis aliquid de laude tincturæ Schultzii detrahare conatur, cum hæc sulphuris ℥ii nihil contineat, quod tamen suæ tincturæ inesse perhibet. Verum prius est, sed non posterius, nisi spiritum adhibuisset nondum rectificatum. At genuinum sulphur ℥ii auratum liquidum obtinetur sequenti methodo, quam commendavit cl. *Wiegleb.* Stribii unc. ii. cum sulphuris comm. unc. i. trituratione mixtæ in vase figulino vitreato coquantur cum lixivio caustico, donec perfecta fiat solutio; solutioni filtratæ adjiciantur olei amygdalarum vel olivarum unc. vi; mixturam leni igne ad consistentiam saponis evapora. Huic saponi ℥iali spiritus frumenti peraquosi unc. 24 superfunde, & tandem debita digestionem extrahe tincturam, quæ sulphur ℥ii auratum in se solutum tenet; nam adjecto acido sulphur ℥ii statim ex illa præcipitatur.

30. TINCTURA ANTIMONII ACRIS. In genere ex reguli ℥ii p. i. cum multivariis proportionibus nitri, ab una nempe parte usque ad octo per fusionem, & dein per extractionem ope alcohol parari solet. Hodie omnibus chemiæ peritis constat, hanc esse meram

tin-



tincturam salis alkali caustici *e*), uti sunt tinctura salis tartari aliæque; nitrum enim, per detonationem & calcinationem in alkali causticum mutatum, nullum in regulo invenit sulphur, quocum hepar efficiat; quæ tamen heic unica foret via regulini quid solvendi, hinc alcohol vini nihil solvit, præter alkali causticum, atque ad hoc optime parandum necessario adsit basis quædam fixa metallica. Per experimenta enim satis evictum est, neque nitrum, neque alkali fixum solum per se vehementiorem ignis gradum diu sustinere, quin per crucibulum effluant. Hanc basin pro usu medico præprimis suppeditat regulus  $\text{g}^{\text{ii}}$  martialis, quod cl. *Dehne* luculentius demonstravit, quare hujus methodum omnium instar exponam *f*). Reguli  $\text{g}^{\text{ii}}$  martialis pulverisati unc. iv. cum unc. viii. nitri depurati ficci in crucibulo satis capaci simul fundantur, post horam iterum nitri unc. iv. fluenti massæ adjiciantur, idque bis amplius cujusvis horæ spatio præterlapso, adaugendo simul ignem, repetitur, ita ut ad reguli  $\text{g}^{\text{ii}}$  p. i. accedant nitri p. v. & tota massa per horas iv. in igne fluens teneatur. Hoc facto illa in mortarium ferreum calefactum effunditur, ruditer pulverifatur

*e*) Hujus sententiæ sunt hodie omnes Chemicæ, & dudum fuerunt *Hoffmann*, *Meuser*, *Schultze*, *Lavater* & alii.

*f*) Dissertatio. medica de præparatione tincturæ  $\text{g}^{\text{ii}}$  acris concentratæ. Auctore *J. Ch. Conrad. Dehne*. Helmstadt. 1776. 4. §. XVI. Experim. IX. seqq.



satur & adhuc calida phiolæ, cui inest spiritus vini re-  
ctificatissimi lib. 1, sensim & caute injicitur, & misce-  
la, sub mixtione lactescens, digestioni per aliquot  
dies traditur, quæ inde colorem ruberrimum accipit.  
Decantata prima tinctura, residuo rursus libra una vel  
altera alcohol vini affundi, & plus minusve concentra-  
ta inde tinctura extrahi potest.

31. TINCTURA ANTIMONII ALKALINA s. TARTA-  
RISATA. Varii hujus præparandæ modi exstant; om-  
nes tamen hûc redeunt, ut  $\frac{1}{2}$  crudum cum alkali ve-  
getabilis fixi p. ii. vel iii. fundatur & calcinetur; dein  
ope vini alcohol extrahatur tinctura. Hæc recens pa-  
rata, ob hepar sulphuris sub fusione ortum, & substan-  
tiæ regulinæ solvendæ idoneum, exiguam quidem por-  
tionem sulphuris aurati continet, quæ tamen successu  
temporis sponte exinde separatur, nisi pro spiritu vi-  
ni rectificatissimo ad extractionem adhibueris spiritum  
frumenti semel rectificatum; tum obtinetur tinctura,  
minus quidem caustica, sed particulis stibiato sulphu-  
reis magis saturata; siquidem spiritus vini semel recti-  
ficatus majorem quam rectificatissimus continet aquæ  
quantitatem, quæ hepatis sulphuris solvens est præ-  
cipuum.

32. TINCTURA ANTIMONII GENUINA MANGOL-  
DI g). Sulphuris  $\frac{1}{2}$  aurati unc.  $\beta$ . cum tincturæ tar-  
tari,

g) Dessen chem. Erfahr. u. Vorth. Frankf. & Leipzig  
1749 P. 49.



tari, vel tincturæ ℥ii acris, vel etiam tincturæ metallorum unc. iv. per hebdomadem sub frequenti agitatione digeritur. Auctor hanc tincturam similem illi esse autumat, quam invenit *Abrah. Vater h)*; hoc quidem non negandum est; utrique tamen nihil inest regulini, probante id cl. *Bucholtz* sequenti experimento: sumfit nempe sulphuris ℥ii aurati unc. i. terendo in mortario vitreo sensim addidit tincturæ ℥ii acris unc. xii; sub continua trituratione sulphur auratum colorem nigrescentem induit, simulque substantiam resinæ haud dissimilem exhibuit. Hanc mixturam in retortam ingessit & digestionem commisit, spiritumque dein ad dimidiam partem abstraxit. Quod in retorta remansit, sapore minus acri, quam antea gaudebat *i)*; residui autem in filtro sulphuris aurati pondus nihil fere diminutum esse deprehendit. Liquet inde tincturam regulini nihil continere. Ad sulphur in filtro superstes edulcorandum, huic infudit aquam calidam, cujus ope totum sulphur, sesquidrachma excepta, solvebatur. Hæc solutio sulphuris ℥ii aquosa, colore ex fusco rubro & sapore amarissimo erat prædita. Hanc solutionem voco *Tincturam sulphuris ℥ii aquosam Bucholtzii* quæ adeoque pertinet ad præparata regulino-sulphurea. Totum huncce processum eodem cum  
fuc-

*h)* Progr. de tinct. ℥ii antehac invent. virt. & effic. Viteb.  
1749.

*i)* Procul dubio alkali causticum particulis sulphureis involutum, causticitatem aliquatenus amisit.



successu repetii, eum in finem, ut viderem, numne tincturæ alkalinae aptæ forent dissolvendæ portioni sulphuris aurati; eventus autem contrarium probavit.

33. TINCTURA ANTIMONII NIGRA, *sive mineralis amara Gmelini*. Pharmacopola quidam Norinbergensis, *Dietrich*, primus hujus tincturæ mentionem fecit, *k)* ejus autem, exactam descriptionem non dedit, sed illam tantummodo e regulo  $\zeta$ ii medicinali parari jubet; quare cl. *Gmelin* *l)* & *Model* *m)* qui modum conficiendi secundum experimenta propria uberius exposuerunt, pro hujus tincturæ auctoribus habendi sunt. Illorum methodus hæc est. Ex  $\zeta$ ii crudi unc. iv. cum nitri unc.  $\text{1}\frac{1}{2}$ . s. a. paretur regulus antimonii medicinalis. Huic pulverisato addantur lixivii alkalini saturatissimi unc. iv. vel viii, totumque digestionem committitur. Cum hæc massa, per digestionem paululum inspissata, periculum instituitur, num alcohol vini ipsi adfusum inde colorem obtineat; quod si contingat, massæ adhuc calidæ, in cucurbitam immixtæ, instillantur successive alcohol vini unc. viii. vel xvi, vas subinde commovendo. Quo facto intra spatium dimidæ horæ obtinetur

*k)* Vid. *Commerc. litter. Norib.* 1731 p. 133.

*l)* *Phil. Fr. Gmelin* *diff. de tincturis*  $\zeta$ ii minus usitatis. *Tubing.* 1795 §. 7. seqq.

*m)* *Model Chem. Nebenstunden.* *Petersburg.* 1762 p. 169. seqq.



tinetur tinctura *n*). In præparatione hujus tincturæ  
 ⚭ crud. cum nitro mixtum suecessive in crucibulum  
 ignitum injiciatur, neque nova portio miscelæ super-  
 addatur, antequam prior deflagrata fuerit, interque  
 singulas ingestiones crucibulum claudatur: tota sic de-  
 flagrata miscela, ignis augetur, & iteratis vicibus ope  
 stili ferrei tentatur, num huic stilo massæ fluenti imis-  
 so adhæreant flores ex brunno flavi; quod si fiat,  
 massa e crucibulo extrahitur & in mortario ferreo ca-  
 lefacto in pulverem redigitur, qui dein cum lixivio al-  
 kalino & alcohol vini præscripto modo tractatur. Ita  
 scilicet regulus medicinalis parandus est, ut obtinea-  
 tur tinctura colore nigerrimo, & sapore amaricante  
 gaudens. Alcoholis vini bonitas cognoscitur, si al-  
 kali tartari ipsi injectum, in eo non solvitur.

34. TINCTURA ANTIMONII THEDENII *o*). Pul-  
 verisatum hepar ⚭ii, per fusionem ⚭ii crudi p. i. cum  
 salis alkali p. iii. paratum, saturatur s. q. aceti vini  
 per congelationem concentrati. Mixtura hæc satura-  
 ta post plenariam evaporationem cum alcohol vini p.  
 v. vel vi. diluitur. Spiritus iterum abstrahitur, &  
 ali-

*n*) de qua vid. plura in Macq. chem. Wörterbuch 5 Th.  
 p. 326.

*o*) Vid. dessen neue Bemerk. & Erfahr. zur Bereicherung  
 der Wundarzen. & Arzen. Gel. Berl. 1782. T. II.  
 p. 84 seqq.



aliquoties *p*) cohobatur. Spiritus denique affusus per tres menses cum massa digeritur, & tinctura inde orta filtratur. Cl. *Thedenius* & post illum cl. *Gmelin* in peculiari tractatu *q*) hanc tincturam particulas regulino-sulphureas continere contendunt, sed alii bene multi, inter quos cl. *Wiegleb*, contrarium perhibent. Neque causa, cur huic nihil  $\zeta$ ii insit, illum latere potest, qui processum, utcunque laboriosum, animo perpenderit. Hepar enim  $\zeta$ ii cum aceto perfecte saturatum deponit & sulphur & regulum, & alkali cum aceto connubium iniens terram foliatam tartari constituit, quæ quidem in alcohol vini solubilis est, sed neque sulphur, neque regulus, adeoque nec utrumque, in spiritu vini solvi potest, nisi antea sulphur cum alkali & oleo in saponem quasi fuerit redactum, quod tum partem metallicam secum recipit. Ast forsan nonnulli aliquid expectant a tredecies repetita cohobatione spiritus; nam sic iudicavit *Basilius r*), quem *Thedenius* fideliter secutus est: sed repetatur sexcenties, & spiritus vini nihil aliud efficiet, quam ut terram foliatam tartari solvat, quod vel prima vice facere

re

*p*) Numerum incertum pro certo posui, partim, quia repetitas cohobationes hic inutiles censeo, partim quum ab autoribus tam incerti ponantur numeri: ut ter, novies, tredecies &c.

*q*) Vid. Chem. Annalen I. B. p. 101 — 134.

*r*) *Basil. Valentin.* Chem. Schriften. Hamb. 1717 P. 457.



re valuit. Ejusmodi vero tincturam non solum particulis regulino-fulphureis præditam, verum etiam breviori tempore obtinere licet; si dimidiæ tantum parti hepatis ℥ii cum aceto saturati, & dein evaporati adjiciatur altera dimidia pars haud mutata: & si loco alcohol vini, adhibeatur spiritus vini semel rectificatus: vel etiam, si juxta mentem *Leonhardi & Hartwich* spiritus vini, terra foliata tartari imbutus, hepati ℥ii adhuc calido & pulverisato superfundatur, & per aliquot dies leni igne digeratur, tum obtinetur tinctura particulis regulino-fulphureis una cum terra foliata tartari prædita.

35. TINCTURA ANTIMONII EX VITRO ANTIMONII SOLARI. Vitri ℥ii p. ii, auri p. i. funde simul & cum aceto destillato extrahe tincturam, eamque ad ficcitatem abstrahere. Deinde massæ affunde spiritum vini & igne forti abstrahatur tinctura. Est spiritus paululum dulcificatus, at impurus. Vitrum & aurum in residuo remanent. Cum hac tinctura conveniunt *Tinctura ex ℥io crudo, Tinctura ex ℥io rubeo fixo, & Alexiterium ℥ii.*

36. TINCTURA EX ANTIMONIO TARTARISATO. ℥ii crudi & tartari crudi p. æ. mixtæ funduntur: massa fusa & pulverisata ope alcohol vini extrahitur. Est tinctura alkalina & parum caustica. Differt quoad præparationem a tinctura ℥ii tartarifata Pharm. Danic.

37. TIN-



37. TINCTURA EX FLORIBUS REGULI MARTIALIS  
*f. Antidotus Isochrysos.* Præcipitati & calcinati flores  
 reguli martialis aceto destillato philosophico (i. e. acetum  
 ex ærugine destillatum) extrahuntur, extractio ad  
 siccitatem abstracta per aliquot horas calcinatur, ex qua  
 spiritu juniperi extrahitur tinctura rubicunda. Ex-  
 tractio prima, antequam spiritus juniperi additus fue-  
 rit, vi pollet emetica; nisi acidum aceti in calcinatione  
 abigeretur, spiritus juniperi ejus adjumento tincturam  
 aliquam, sed incertarum virium, extrahere valeret.

38. TINCTURA EX OLEO ANTIMONII SACCHARA-  
 TO. Oleum ꝯii saccharatum *Basilii* triplo vel quadruplo  
 aceti destillati infusum & digestum extrahatur, ut pro-  
 deat tinctura rubicunda. Est liquor saccharino-aci-  
 dulatus.

39. TINCTURA FLORUM ANTIMONII *f. Liliū Pa-  
 racelsi s).* ꝯii crudi & salis amoniaci p. æ. sublima, flo-  
 res bene edulcoratos in vase clauso ad rubedinem calci-  
 na, dein cum spiritu vini extrahe tincturam, quæ ad  
 oleositatem usque abstrahitur.

40. TINCTURA NEPHRITICA *Amelongii.* ꝯii cru-  
 di, nitri, tartari crudi & filicis p. æ. pulverifatas misce,  
 & retortæ tubulatæ ignitæ sensimingere. Spiritus ex-  
 inde elicitus est clystus nitri & sulphuris perexigui usus.

41. TIN-

s) Datur & aliud *Liliū Paracelsi* tinctura nempe metallo-  
 rum, quæ mere alkalina est. Vid. suo loco.



41. TINCTURA REGULI MARTIALIS. Calx reguli martialis solvitur in spiritu salis, & destillatur, prodibit inde oleum vel butyrum ꝯii quod cum spiritu vini mixtum digeritur, & spiritus inde abstrahitur. Est spiritus salis dulcis odore alliaceo præditus, quem tamen prævia additione testæ ostrearum præcavere licet.

42. TINCTURA SULPHURIS ANTIMONII AURATI: Ex sulphure ꝯii aurato ope alcohol vini extrahitur liquor, ad spissitudinem mellis dein inspissandus. Valde debilis hoc modo obtinetur tinctura sulphurea cui nihil regulini inest. Vid. not. n. 32.

43. TINCTURA SULPHURIS REGULI JOVIALIS f. *Antidotus soterios Quercetani*. Hæc licet diverso a præcedente modo præparatur, nihil tamen ab hac differt; superfluum itaque foret tædiosam ejus præparationem heic exposuisse.

44. TINCTURA VITRIOLI vel *Crystallorum antimonii*. Solutio reguli in acido vitrioli aqua diluitur multa, ita quidem præcipitabitur pulvis albus, cui post præviam calcinationem infunditur acetum destillatum, quo abstracto ex residuo ope alcohol vini extrahitur tinctura. Extractum acetosum emeticam exercebit virtutem. Quod vero alcohol vini mediante acido aceti residuo efficacem tincturam reguli ꝯii extrahere non valeat, crisis tincturæ *Thedenianæ* monstravit.



45. TINCTURA ANTIMONII EX MINERA B. V.  
Mineram ℥ii cum aceto proprio *t*) extrahe, decanta  
atque acetum abstrahe. Residuum extrahe cum spiri-  
tu vini optimo, decanta & rejectis facibus circulatio-  
ni expone. Si hanc tincturam per mensem unum al-  
terumve circulatam destillaveris, consequeris oleum seu  
essentiam ℥ii, omnium fere morborum panaceam, ex  
qua lapis ignis paratur. Hæc sunt verba Basilii; pa-  
nacea autem laudata nihil aliud est, quam spiritus vi-  
ni spiritu sulphuris imprægnatus.


\*

\*

\*

Medicamentorum gñalium farragine hætenus ex-  
posita, superest ut efficaciam eorundem in corpore hu-  
mano habeator ratio; quod quidem negotium, quo fa-  
cilis succedat, selectus ejusmodi medicaminum gñ-  
alium habendus erit, quorum virtutem e partibus con-  
stitutivis tutius eruere & cautis experimentis confirma-  
re licet: omnium enim & singulorum efficaciam in  
corpore humano fideliter per experimenta determina-  
re neque utile foret, neque vita unius medici huic ope-  
ri sufficeret. Quamprimum itaque desiderata quæ-  
dam tentamina huc pertinentia absolverim, selectum  
medicaminum stibiatorum faciam, eorumque in cor-  
pore humano operationis, relationisque ad alia medica-  
menta socia, nec non cautelas inde observandas in sup-  
plemento hujus dissertationis expositurus sum.

*t*) Vid. acetum ℥ii, quod alii majori cum successu per  
extinctionem mineræ ignitæ in aqua parant.





*Errores typographici.*

Pag.	3	Lin.	13	lege non exferit.
—	7	—	17	— forma naturæ consentanea,
—	8	—	12	— 8000
—	9	—	5	— ♂
—	-	—	21	— cum
—	10	—	17	— <i>Kleinii</i>
—	-	—	23	— Cum
—	13	—	8	— haud
—	15	—	7	— soluta
—	17	—	18	— edulcoratur
—	20	—	17	— EMETICUM
—	23	—	19	— illæ
—	27	—	20	— menstrui
—	28	—	3	— usti
—	-	—	23	— Eadem
—	30	—	14	— VITRIOLATUM
—	31	—	18	— dosi
—	32	—	3	— formam
—	-	—	17	— Reguli ♂ ii parti i
—	33	—	17	— β. SAL REGULINUM NITRATUM.
—	34	—	23	— formula
—	35	—	19	— distinguunt,
—	40	—	10	— alios
—	44	—	27	— horas
—	47	—	24	— licebit
—	53	—	16	— Vehens
—	55	—	25	— usi
—	56	—	25	— adamussim
—	57	—	3	— augetur
—	59	—	21	— addiderunt
—	60	—	19	— adhæreat
—	62	—	25	— usi
—	64	—	23	— salis
—	66	—	17	— Commentator
—	68	—	10	— particulæ regulinæ
—	69	—	24	— duritiem
—	71	—	3	— ANTIMONII
—	79	—	20	— alcohol
—	-	—	25	— 1759



